REGULA
ET
TESTAMENTUM
Seraphici PATRIS Nostri
S. FRANCISCI,
Et quicunque
Hanc
REGULAM
Secuti fuerint, Pax super illos, & Misericordia, & super Israel DEI.
S. Paulus ad Galat: c. 6. ṿ. 26.
Cum Facultate Superiorum.

LEOPOLI
Typîs SSS. TRINITATIS
Annô Domini 1768.

ELOGIUM REGULÆ S. P. N. FRANCISCI

Regula Fratrum Minorum est Liber vitæ, Spes salutis, Ara gloriæ, Medulla Evangelii, via Crucis, Status perfectionis, Clavis Paradisi, Pactum fœderis æterni.

Mart: Navarr: Comm: de Regularibus num: 17.

Adeo suspicio ac veneror Regulam illam altissimam S. Francisci, ut observantes eam ad unguem & mentem Autoris, reputem esse quodam incruentos Christi Martyres.

S. Vincent. Ferr: serm: de S. Francisco. DE

De Initiis & progressu Ordinis.

S. FRANCISCI SERAPHICI.

GLoriosus Christi Confessor, Seraphicus Pater S *Franciscus*, jecit fundamenta Religionis Minorum (*Sic enim sui Ordinis Fratres appellari voluit*) anno per Christum reparatæ salutis 1206. Primus verò Ordinis inchoati dici potest annus 1210. quo nimirum Ejus Regula fuit ab Innocentio III. vivæ vocis oraculô approbata, quamvis primùm

anno 1223. ab Honorio III. fuerit scriptô confirmata. Pro Symbolo speciali sui Ordinis delegit B. Pater Paupertatem Altissimam, qua scilicet excluderet omnium rerum temporalium proprietatem, non tantum à Fratribus in particulari (*quod omnibus Religiosorum Ordinibus competit*) sed etiam in communi, à toto Ordine simul sũpto, quod antehac in Ecclesia Dei post BB. Apostolos auditum non fuit. Erat autem inter primos B. Patris discipulos F. Helias à Cortona, Vir mundana sapientia pollens, ideoque Principibus hujus sæculi per quam familiaris,

ris,

ris, & charus. Is post B Patris transitum, qui in diem 4. Octobris anni 1226. incidit, in Ministrum Ordinis Generalem electus, allegatâ impossibilitate servandi Regulam à *B. Francisco* traditam, impetravit à Sede Apostolica tanti rigoris relaxationem, præcipuè circa res pecuniarias. Ex adverso insurrexerunt Regulæ Zelatores, quorum ferventissimus S. Antonius de Padva ei in faciem restitit, & apud summum Pontificem Gregorium Nonum tantum effecit, ut P. Heliam amoverit ab Officio. Interim tamen F. Heliæ sequaces, Divinam providentiam humana

pusillanimitate metientes, introductam relaxationem non dimiserunt, sed potius adhuc alia Privilegia relaxativa impetrarunt, quale est illud Clementis IV. anno 1265. concessum, *quod in temporalibus bonis, in quibus succederent in sæculo existentes, licitè possint succedere, & bonorum ipsorum possessionem apprehendere ac vendere libere bona ipsa, eorumque pretium in utilttatem suam converter, prout ipsis melius videbitur expedire.* Cui utique cum Corpore Religionis non consensit S. Bonaventura, tunc Ordinis Minister Generalis, ut qui Regulam in sua puri-

puritate servavit, & servare curavit.

Promissum namquam fuit B. Patri à Christo JESU, nunquam defuturos veros ejus Regulæ Observatores, & ideo talibus Ordo semper abundavit. In his proinde, tanquam pretiosiori parte Corporis Regularis, conservabatur spiritus *S. Francisci*, & gliscebat semper desiderium, vel puram Regulæ sine privilegiis Observantiam in Ordine reintegrandi, vel sese à Communitate sequestrandi. Tales extiterunt F. Cæsarius de Spira Germanus, & ab eo dicti Cæsareni A. 1244 iterum alii dicti Clareni A. 1294

F. Joannes à Vallibus cum ſuis A. 1334. F. Gentilis de Spoleto cum ſuis A. 1350. Unde etiam ortum, quod illi, qui in Communitate & Monaſteriis formalibus habitabant, appellarentur *Conventuales*, ad diſtinctionem eorum, qui ſequeſtrari in locis anguſtis & ſolitariis degentes Conventum ſive Collegium, ob ſui paucitatem, non faciebant, & *Fratres de Familia* vocabantur. Sed eorum conatus varie diverſis temporibus ſunt repreſſi à metuentibus ſciſſuram Ordinis, uſque dum Clementiſſimus DEUS eis oſtenderit viam, & virum huic operi deſtinatum.

F. Pau-

F. Paulus de Trincis, illustri Trinciorum stemmate, ex Germania in Italiam translato, in Urbe Fulginii natus, ob staturæ humilitatem Paulutius de Fulginio dictus, Ordinem *S. Francisci* ingressus Anno 1323. ætatis suæ 14 ex doctrina sui Magistri P. Joannis de Vall. Zelo paupertatis & Observantiæ Regularis accensus, impetravit A. 1368. à Ministro Generali locum quemdam *Bruliani* dictum, ab hominum conversatione remotum, & situ asperum (*hic Calopodiorum usum ab indigenis aggrestibus accepit*) ut in eo cum quibusdam sociis

ducere posset vitam solitariam, voluntatique & Regulæ *S. Francisci* conformem; addita etiam facultate plures ad sui consortium suscipiendi.

Comperto hæc accurrerunt statim undique Fratres Regulæ fideliter observandæ cupidi, & suo exemplo plurimos excitaverunt in Italia, Gallia & Hispania, accedentibusque paulatim pluribus Cænobiolis, brevi in famosum Sodalitium excreverunt; & floruerunt, ita, ut jam communiter appellarentur *Fratres de Observantia*, & præter Vicarios Provinciales, quibus immediatè suberant,

rant, pro sui proprio regimine obtinuerint Vicarium Generalem; primò quidem ex Decreto S. Concilii Constant. A. 1415. pro Gallia, deinde alium etiam pro Italia & Cismontanis Partibus ex mandato D. Eugenii IV. qui denique A. 1446. gravi edita Constitutione, eis concessit liberam electionem à Ministro Generali independentem, sed tamen ab eo confirmandam, ut hac ratione Ordo maneret unus sub uno Superiore Generali, partim immediatè, partim mediantibus duobus ejus Vicariis Generalibus. Exinde ipsis Vicariorum regimini subjectis, Re-

gulam tanquam in sua puritate observantibus, stabilitum fuit nomen *Fratrum de Observantia*, & aliis sub Ministrorum obedientia constitutis mansit appropriatum nomen *Conventualium*.

Primus itaque Vicarius Generalis Frat. de Observantia in Italia, & partibus Cismontanis A. 1438. institutus est S. Bernardinus Sen. deinde A. 1444. S. Joannes à Capist. Horum utique potissinum operâ, sanctitate, & auctoritate, Vires acquisivit Regularis Observantia, lóngè latèque se diffundere cæpit, ita, ut tempore Julii II. A. 1509. jam numeraret Provin-

cias 45. Conventus 1259. Fratres 30800.

Tanto cælitùs dato incremento permotus Leo X. instantibus etiam Maximiliano Imperatore & omnibus fermè Christianis Regibus & Principibus, Civitatibus & communitatibus, ut Ordinem *S. Francisci* suæ tranquillitati & integritati restitueret, Capitulum Generalissimum Romæ in Conventu de Ara Cœli ad A. 1517. indixit; in quo cum Patres Conventuales privilegiis relaxativis renunciare nollent, ipse Spiritu sancto assistente omnes Fratres, Regulam *S. Francisci* in sua puritate observan-

tes,

tes, in unum Corpus sub nomine *Regularis Observantiæ* adunavit: ex eis Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum eligi statuit, eique sic electo Sigillum Ordinis antiquum, tanquam legitimo Successori S. *Francisci* tradi mandavit. Fratribus verò Conventualibus in aliud Corpus separatis Privilegia relaxatiua cum redditibus & bonis temporalibus confirmavit, aliâ, eâque limitatâ Regulam profitendi formâ præscriptâ, & Superiorem proprium cum titulo Magistri Generalis eligendum, à Ministro autem Generali totius Ordinis confirmandum concessit.

De-

Demum A. circiter 1526. quidam hujus Regularis Observantiæ Patres, Duce P. Matthæo de Basso (prout tunc licitum erat) in Eremum secesserum desiderantes vitam Eremiticam ducere, & hoc modo Regulam S *Francisci* observare. P. Matthæus quidem ad obedientiam Regularis Observantiæ reversus in eadem vitam piissimè finivit, Venetiis in Ecclesia Conventus Vinearum sepultus, sed ejus socii in proposito persistentes à Clemente VII. anno 1528. die 3 Julii obtinuerunt Bullam Apostolicam cum plena & libera facultate, ut possent, *secundum Regu-*

lam

lam prædictam, vitam Eremiticam ducere: habitum cum Capucio quadrato gestare: alios ad suum consortium recipere: barbam deferre: & ad Eremitoria seu loca quæcunque cum consensu Dominorum se conferre: & in eis habitare, vitamq; austeram & Eremiticam inibi agere, & in quibuscunque locis mendicare, necnon omnibus & singulis privilegiis, indultis & gratiis Ordini Fratrum Minorum, ac Eremitis Camaldulensibus B. Romualdi concessis, & concedendis uti, potiri, & gaudere. Sic à Patribus Observantibus egressi, multiplicari fructuosè

cæperunt, & deinde à Paulo III. in nova constitutione A. 1526. appellati sunt *Capucini.*

Itaque sub *S. Francisci* Regula & nomine jam militant tres distincti Ordines, nempe: Fratrum Minorum Capucinorum. Fr. Minorum Conventualium, & Fr. Min. de Observantia, sive Regularis Observantiæ cum suis Congregationibus Reformatis. Horum Minister Generalis, ut dictum est, tenet antiquum Ordinis sigillum cum titulo Ministri Generalis totius Ordinis Fr. Minor. eique juxta præceptum Regulæ obediunt omnes Sancti

Fran-

Francisci Regulam absolutè profitentes, præter Capucinos ex Indulto S. Sedis Apostolicæ exemptos.

Hæc ejus prærogativa fuit quidem ab A. 1625. per sex fermè annos impugnata: sed Adversariorum supplicatione per Sanctissimum ad Sacram Rituum Congregationem remissâ, ibi firmato dubio de consensu Partium, ac causâ in plena Congregatione acerrimè discussâ, tandem *Sacra* Congregatio respondit, *nihil innovandum esse, & Ministrum Generalem de Observantia legitimè usum fuisse, & uti posse titulo & Sigillo cum inscriptione Ministri Gene-*

Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum; & ita servari mandavit die 22 Martii A. 1631. Id autem jure merito pro ipso est decretum, quia ipse continua, & non interrupta seriè à S. *Francisco* descendit; *& ipsi Fratres de Observantia & Reformati* (*ut in Const.* Licet alias &c. *declarat, & loquitur Leo X.*) *veri & indubitati Fratres Ordinis B Francisci, & ejus Regulæ Observatores semper fuerunt, ac divina favente gratia sunt futuri sine aliqua interruptione seu divisione, à tempore editæ Regulæ per B. Franciscum usque ad præsens.*

REGULA
ET
TESTAMENTUM
Seraphici PATRIS Nostri S. FRANCISCI.

Bulla Domini Papæ Honorii Tertii, super Regulam Fratrum Minorum.

HONORIUS EPISCOPUS, Servus Servorum DEI. Dilectis Filiis, Fratri Francisco, & aliis Fratribus, de Ordine Fratrum Minorum, salutem & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis pe-

tenti-

tentium desideriis favorem benevolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino Filii, vestris precibus inclinati, Ordinis Vestri Regulam, à bonæ memoriæ Innocentio Papa, Prædecessore nostro approbatam, annotatam præsentibus, Auctoritate Vobis Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, quæ talis est:

IN NOMINE DOMINI

Incipit Regula & Vita Fratrum Minorum.

CAPUT I.

REGULA, & vita, Minorum Fratrum hæc eſt, ſcilicet: Domini Noſtri JESU Chriſti S. Evangelium obſervare, vivendo in *Obedientia ſine proprio, & in Caſtitate.* Frater Franciſcus promittit obedientiam & reverentiam Domino Papæ Honorio, ac Succeſſoribus ejus canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ, & alii Fratres teneantur Fratri Franciſco & ejus Succeſſoribus obedire.

De iis, qui volunt vitam istam accipere, & qualiter recipi debeant.

CAPUT II.

SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres nostros, mittant eos ad suos Ministros Provinciales: quibus solummodo, & non aliis, recipiendi Fratres licentia concedatur. Ministri verò diligenter examinent eos de fide Catholica, & Ecclesiasticis Sacramentis. Et si hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & usq; in finem firmiter observare, & uxores non habent, vel si habent, & jam Monasterium intraverint

uxores, vel licentiam eis dederint, Auctoritate Diœcesani Episcopi, voto continentiæ jam emisso, & illius ætatis sint uxores, quod de eis non possit oriri suspicio: dicant eis verbum S. Evangelii, quod vadant, & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare. Quodsi facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caveant Fratres & eorum Ministri, ne soliciti sint de rebus suis temporalibus, ut liberè faciant de rebus suis, quidquid Dominus inspiraverit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant Ministri mittendi eos ad aliquos

quos DEUM timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine Capucio & cingulum & braccas, & caparonem usq; cingulum, (nisi eisdem Ministris aliud secundum DEUM aliquando videatur) Finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper, & Regulam observare. Et nullo modo licebit eis de ista Religione exire, juxta mandatum D. Papæ; quia secundum S. Evangelium: *Nemo mittens*

manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Et illi, qui jam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum Capucio, & áliam sine Câpucio, qui voluerint hâbere. Et qui necessitate coguntur, possint portare câlceamenta. Et Fratres omnes vestimentis vilibus induantur. Et possint ea repetiare de saccis, & aliis petiis cum benedictione Dei. Quos moneo & exhortor, ne despiciant, neq; judicent homines, quos viderint mollibus vestimentis indutos, uti cibis, & potibus delicatis: sed ma-

magis unusquisque judicet, & despiciat semetipsum.

De Divino Officio, & Jejunio: & quomodo Fratres debeant ire per mundum.

CAPUT III.

CLerici faciant Divinū Officium secundum Ordinem S. Romanæ Ecclesiæ, excepto Psalterio, ex quo habere poterunt Breviaria. Laici verò dicant viginti quatuor Pater noster pro Matutino, pro Laudibus quinq; pro Prima, Tertia, Sexta & Nona: pro qualibet istarum Horarum septem; pro Vesperis autem duodecim; pro Completorio se-

ptem; & orent pro defunctis, & jejunent à Festo OO. SS. usq; ad Nativitatem Domini. Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania, usq; ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo S. Jejunio consecravit, qui voluntariè eam jejunant, benedicti sint à Domino: & qui nolunt, non sint astricti; sed aliam usq; ad Resurrectionem Dni jejunent. Aliis autem temporibus non tenentur, nisi sextâ feriâ jejunare, tempore verò manifestæ necessitatis non tenentur Fratres jejunio corporali. Consulo vero,

ro,

pecuniam non recipiant.

De modo laborandi.

CAPUT V.

FRatres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & devote, ità quod excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis, ac devotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cœtera temporalia deſervire. De mercede verò laboris pro ſuis Fratribus, corporis neceſſaria recipiant præter denarios vel pecuniam, & hoc humiliter, ſicut decet ſervos Dei & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores

Quod Fratres nihil ſibi

approprient: & de Eleemosyna petenda, & de Fratribus infirmis.

CAPUT VI.

FRatres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini, & advenæ in hoc sæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter: nec oportet eos verecundari; quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos Fratres meos hæredes, & Reges re-

gni

gni Cœlorum instituit: pauperes rebus fecit, virtutibus autem sublimavit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viventium. Cui dilectissimi Fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro Nomine D. N. JESU Christi in perpetuum sub Cœlo habere velitis. Et ubicunq; sunt & se invenerint Fratres ostendant se domesticos invicem inter se, & securè manifestet unus alteri necessitatem suam: Quia si mater nutrit, & diligit Filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere, & nutrire Fratrem suum

um Spiritualem. Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit alii Fratres debent ei servire, sicut vellent sibi serviri.

De Pænitentia Fratribus peccantibus imponenda.

CAPUT VII.

SI qui Fratrum instigante inimico, mortaliter peccaverint; pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, ut recurratur ad solos Ministros Provinciales: teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere, quam citius poterunt sine mora. Ipsi verò Ministri, si Presbyteri sunt, cum

mise-

misericordia injungant illis pænitentiam, si verò Presbyteri non sunt, injungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, sicut eis secundum DEUM melius videbitur expedire. Et cavere debent, ne irascantur, & conturbentur propter peccatum alicujus: quia ira, & conturbatio in se, & in aliis impediunt charitatem.

De Electione Generalis Ministri hujus Fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes.

CAPUT VIII.

UNiversi Fratres unum de Fratribus istius Re-

ligionis teneantur semper habere Generalem Ministrũ, & Servum totius Fraternitatis: & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio Successoris fiat à Ministris Provincialibus & Custodibus in Capitulo Pentecostes: in quo Provinciales Ministri teneantur semper insimul convenire, ubicunque à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum majorem vel minorem, sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret Universitati

Mini-

Ministrorum Provincialium, & Custodum prædictum Ministrum non esse sufficientem ad servitium & communem utilitatem Fratrũ; teneantur prædicti Fratres (quibus electio data est) in Nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. Post Capitulum verò Pentecostes Ministri & Custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodiis semel Fratres suos ad Capitulum convocare.

De Prædicatoribus.

CAPUT IX.

FRatres non prædicent in

Epi-

Episcopatu alicujus Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à Ministro Generali hujus Fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo sibi Officium prædicationis concessum. Moneo quoq; & exhortor eosdem Fratres, ut in prædicatione, quam faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad utilitatem & ædificationem populi: annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam & gloriam, cum brevitate sermonis; quia verbũ abbreviatum fecit Dominus super terram.

De Admonitione & Correctione Fratrum.

CAPUT X.

FRatres, qui sunt Ministri & Servi aliorum Fratrum visitent, & moneant Fratres suos, & humiliter, & charitativè corrigant eos: non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & Regulam nostram. Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, quod propter DEUM abnegaverunt proprias voluntates. Unde firmiter præcipio eis, ut obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino observare, & non sunt contraria animæ

suæ & Regulæ nostræ. Et ubicunque sunt Fratres, qui scirent & cognoscerent, se non posse Regulam spiritualiter observare, ad suos Ministros debeant & possint recurrere. Ministri verò charitativè & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis, & facere, sicut Domini servis suis: nam ita debet esse, quod Ministri sint servi omnium Fratrum. Moneo verò, & exhortor in Domino Nostro JESU Christo, ut caveant Fratres ab omni superbia, vana gloria, invidia, avaritia,

cura,

cura, & solicitudine hujus sæculi, à detractione, & murmuratione. Et non curent nescientes literas, literas discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent habere spiritum Domini, & sanctam ejus operationem: orare ad DEUM puro corde, & habere humilitatē, & patientiam in persecutione, & in infirmitate, & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehēdunt, & arguunt, quia dicit Dominus: *Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: Beati qui persecutionem patiuntur propter*

pter justitiam, quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. Qui autem perseveraverit usq; in finem, hic salvus erit.

Quod Fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum.

CAPUT XI.

PRæcipio firmiter Fratribus universis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum. Et ne ingrediantur Monasteria Monacharum, præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec fiant Compatres virorum vel mulierum; ne hac occasione inter Fratres,

vel

vserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Laterani tertio Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Octavo.

INCIPIT TESTAMENTUM

Beatissimi PATRIS Nostri FRANCISCI.

DOminus dedit mihi Fratri Francisco ita incipere, facere pœnitentiam: quia cum essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos, & ipse Dominus condu-

xit

xit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. Et recedente me ab ipsis, id, quod mihi videbatur amarum, conversum fuit mihi in ducedinem animæ & corporis.

Et postea parum steti, & exivi de sæculo, & Dominus dedit mihi talem fidem in Ecclesiis, ut ita simpliciter adorarem & dicerem: *Adoramus te Sanctissime Domine JESU Christe, hic, & ad omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in toto mundo, & benedicimus Tibi quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.*

Et postea dedit mihi Do-

minus, & dat tantam fidem in Sacerdotibus, qui vivunt secundum formam S. Romanæ Ecclesiæ, propter Ordinē ipsorum, quod si facerent mihi persecutionem, volo recurrere ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, & invenirem pauperculos Sacerdotes hujus sæculi in Parochiis in quibus morantur, nolo prædicare contra voluntatē ipsorum. Et ipsos & omnes alios volo timere, amare, & honorare sicut meos Dominos. Et nolo in ipsis considerare peccatum, quia Filiū DEI discerno in eis, & Do-

mini mei sunt, quia nihil video corporaliter in hoc sæculo de ipso altissimo Filio DEI, nisi Sanctissimum Corpus ejus & Sanguinem suum, quod ipsi consecrant, & recipiunt, & ipsi soli aliis administrant. Et hæc Sanctissima Mysteria volo super omnia honorare, & venerari, & in locis pretiosis collocare Sanctissima Nomina ejus, & verba scripta ubicunq; invenero in locis illicitis, volo colligere; & rogo, quod colligantur, & in honesto loco collocentur. Et omnes Theologos & qui ministrant nobîs Sanctissima verba divina

debe-

debemus honorare, & venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum & vitam.

Et postquam Dominus dedit mihi de Fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere: sed ipse Altissimus revelavit mihi quod ego deberem secundum formam S. Evangelii vivere. Et Ego paucis verbis & simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmavit mihi. Et illi, qui veniebant ad recipiendum vitam istam, omnia, quæ habere poterant, dabant pauperibus. Et eramus contenti tunicâ unâ, intus & foris repetiatâ, qui vole-

bant cum cingulo, & femoralibus, & nolebamus plus habere.

Officium dicebamus nos Clerici secundum alios Clericos, Laici dicebant Pater noster. Et satis libenter manebamus in Ecclesiis pauperculis & derelictis, & eramus Idiotæ, & subditi omnibus.

Et Ego manibus meis laborabam & volo laborare, & omnes alii Fratres mei similiter volo, quod laborent de laboritio, quod pertinet ad honestatem, & qui nesciunt, addiscant; non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed propter bonum

exem-

exemplum, & ad repellendam otiositatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad Mensam Domini petendo eleemosynam ostiatim. Salutationem hanc revelavit mihi Dominus, ut diceremus: *Dominus det tibi pacem.* Caveant sibi Fratres, ut Ecclesias, & habitacula, & alia omnia, quæ pro ipsis construuntur, penitus non recipiant; nisi essent, sicut decet sanctam paupertatem quam in Regula promisimus observare, semper ibi hospitantes, tanquam peregrini & advenæ. Præcipio firmiter per obedi-

ertiam Fratribus universis, ut ubicunq; sunt, non audeant petere aliquam literam in Curia Romana per se, nec per interpositam personam: neq; pro Ecclesia, neq; pro persecutione suorum corporum: sed ubicunq; non fuerint recepti, fugiant in aliam terram, ad faciendum ibi poenitentiam, cum benedictione DEI.

Et firmiter volo obedire Ministro Generali hujus Fraternitatis, & illi Gvardiano, quem sibi placuerit mihi dare; & ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire, vel facere ultra obedientiam

tiam

tiam, & voluntatem suam; quia Dominus meus est.

Et quamvis sim simplex, & infirmus, tamen volo semper habere Clericum, qui mihi faciat Officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alii Fratres teneantur obedire Gvardianis suis, & facere Officium secundum Regulam. Et qui inventi essent, qui nollent facere Officium secundũ Regulam & vellent aliquo modo variare, aut non essent Catholici, omnes Fratres ubicunq; sunt, per obedientiam teneantur, ubicunq; invenerint aliquem ipsorum proximiori Custodi

illius loci, ubi ipsum invenerint præsentare. Et Custos firmiter teneatur per obedientiam, ipsum fortiter custodire, sicut hominem in vinculis, die noctuq; ita quod non possit eripi de manibus suis, donec in propria persona ipsum repræsentet in manibus sui Ministri, & Minister firmiter teneatur per obedientiam ipsum mittere per tales Fratres, qui die noctuq; custodiant ipsum, sicut hominē in vinculis, donec repræsentent eum coram Domino Hostiensi, qui est Dominus, Protector, & Corrector istius Fraternitatis.

Et non dicant Fratres; hæc est alia Regula; quia hæc est recordatio, admonitio, & exhortatio, ac meum Testamentum, quod ego Frater Franciscus parvulus vester, & servus, facio vobis Fratribus meis benedictis, propter hoc, ut Regulam, quam Domino promisimus, melius observemus. Et Generalis Minister, & omnes alii Ministri & Custodes, per obedientiam teneantur, in istis verbis non addere, vel minuere: & semper hoc scriptum habeant secum juxta Regulam, & in omnibus Capitulis; quæ faciũt quando legunt Regulam, legant & istà verba.

Et omnibus Fratribus meis Clericis, & Laicis, præcipio firmiter per obedientiam, ut non mittant glossas in Regulam, nec in istis verbis dicendo: *Ita volunt intelligi*. Sed sicut Dominus dedit mihi simpliciter, & pure dicere, & scribere Regulam, & ista verba; ita simpliciter & purè sine glossa intelligatis, & cũ sancta operatione observetis usq́, in finem.

BENEDICTIO.

ET quisquis observaverit hæc, in Cœlo repleatur Benedictione Altissimi Patris Cœlestis & in terra repleatur benedictione

dile-

dilecti Filii sui: cum Sanctissimo Spiritu Paraclito, cui est honor & gloria, nunc & in æternum. Et ego Frater Franciscus, parvulus vester & servus, quantumcunq; possum, confirmo vobis intus & foris istam Sanctissimam Benedictionem, quam habeatis cum omnibus virtutibus Cœlorum, & omnibus Sanctis, nunc & in sæcula sæculorum, Amen.

SUMMARIUM PRÆCEPTORUM.

PRimum status nostri substantiale fundamen-

eum (ut ait Hugo in 1.cap. Regulæ) est Evangelica servare consilia, quæ in Regula sunt expressa, & eo modo & formâ, prout in ipsa posita sunt. Unde assertivè dicendum est, nihil esse in Regula quod sub mortali culpa, virtute voti regularis obliget Professores, nisi quod sub Præceptoriis verbis in ea ponitur; ut: præcipio, injungo per obedientiam: vel sub verbo habente vim præcepti, ut dicendo teneantur vel sub verbo inhibitorio, seu prohibitorio, ut est illud sexti capitis: Fratres nihil sibi approprient; vel nisi sit de illis æqui-

quipollentibus per Clementem V. (in sua declaratione super Regulam Fratrum Minorum quæ incipit: *Exivi à Paradiso* specificatis & expressis.

PRÆCEPTA OBLIGANTIA.

Omnes & singulos Fratres Minores ex vi Regulæ sub peccato mortali.

Præter tria essentialia sunt quatuordecem.

I. Quod non liceat de Religione exire. C. 2.

2. Quod tantum habeant unicam tunicam cum Capucio Cap: 2.

3. Quod vilibus vestimẽtis induantur. *Cap. 2.*

4. Quod non portent calceamenta, nisi necessitate cogantur. *Cap. 2.*

5. Quod non equitent nisi manifestâ necessitâte, aut infirmitate cogantur. *Cap 3.*

6. Quod Clerici faciant Divinum Officium secundũ Ordinem S.R.E.& Laici dicant Pater noster. *Cap. 3.*

7. Quod jejunent à Festo Omnium Sanctorum, usq; ad Nativitatem Domini, Sanctam Quadragesimam Resurrectionis, & in sextis feriis totius anni. *Cap: 3.*

8. Quod nullo modo dena

rios

rios vel pecuniam recipiant. *Cap.* 4.

9. Quod inserviant infirmis. *Cap.* 6.

10. Quod teneantur recurrere ad Ministros Provinciales pro casibus reservatis. *Cap.* 7.

11. Quod recurrant ad Ministros, si non possunt Regulam servare. *Cap.* 10.

12. Quod non ingrediantur Monasteria Monacharum *Cap.* 11.

13. Quod non habeant suspecta consortia mulierum. *Ibid.*

14. Quod non fiant Compatres virorum, aut mulierum. *Ibid.*

Præter ista 14. Ministri obligantur ad sequentia quatuor.

1. QUod teneantur convenire ad Capitulũ Generale. *Cap:* 8.

2. Quod si appareret universitati Ministrorum Provincialium & Custodum Ministrum Generalem non esse sufficientem debeant eligere alium. *Ibid.*

3. quod curám gerànt pró necessitate infirmorum, & Fratribus induendis. *Cap.6.*

4. Quod petant Cardinalem S.R. E. Protectorem. *Cap.* 12.

Præ-

Prædicatores obligantur ad duo.

1. Quod non prædicent nisi approbati. *Cap. 9.*

2 Quod non prædicent Episcopo contradicente: *Ibid.*

Totus Ordo obligatur ad quatuor

1. Quod teneantur præstare obedientiam Domino Papæ, & S R E *Cap. 1.*

2. Quod habeant unum de Fratribus istius Religionis ad Generalē Ministrū. *Cap. 8.*

3. Quod non mutent formam habitûs Novitiorum & Professorum. *Cap. 2.*

4. Quod nihil sibi approprient. *Cap. 6.*

ORA-

ORATIO
ad renovandam Professionem.

GRatias ago Tibi Domine JESU Christe, pro gratia singulari, quia me vilissimum peccatorem de hoc sæculo nequam eduxisti, & in hoc Religiosissimo Ordine, ad solemnem Professionem admisisti. Doleo ex toto corde, quod gratiæ huic non satis responderim, & tanto beneficio ingratus fuerim. Detestor omnes negligentias in hoc statu commissas, quod tam parum ad ejus perfectionem aspiraverim. Ignosce mihi DEUS veniæ Largitor & da, ut vel

nunc

nunc tandem, tuâ gratiâ incipiam, ficuti ex animo cupio, propono, & defidero. Quod fi me votis necdum Tuæ Majeftati obftrinxiffẽ, nunc fanè id facerem: ideoq; quantâ devotione poffum, illa nunc renovo, illisq; me ipfum Tibi in unione facrofanctæ oblationis, quâ Te ipfum pro nobis, à primo Sanctiffimæ Incarnationis Tuæ inftanti, ad mortem usq; Patri obtulifti, immolo, & novo fervore. *Voveo & promitto Tibi DEO Omnipotenti &c.*

Verumtamen quia ad hæc implenda, me nimis tepidum & infirmum agnofco, rogo

Te

Te misericordissime JESU, ut qui dedisti mihi vovendi voluntatem tribuas etiam exequendi facultatem, meq; ita dirigas, ut non mihi, sed Tibi soli vivam, omnesq; Ordinis observantias, & quid quid animæ meæ perfectionẽ promovere possit, summo studio amplectar, ad Majorem Nominis Tui gloriam, qui es DEUS Benedictus in sæcula, Amen.

S. BERNARDINUS

Tractatu de proprietariis.

1. VIolant votum, & proprietarii sunt, qui rem quamcunq; aut à quocunq; donatam Præ-

Prælato in fraudem celant; vel cum præcipit, ut reddatur, vel alteri concedatur, aut detur, non ſtatim reddũt.

2 Qui uſum rerum Communitatis in proprium uſum commutant, aut aliis dant, ſine licentia Prælatorum.

3. Qui abſcondunt clávẽ, ne Prælatus quidquam tollat aut aliud diſponat: & ſi quid tollitur, turbantur, & murmurant.

4. Qui deliberatè eo ſunt animo, ut ſi quid tolleretur, aut repeteretur, non ſtatim acquieſcerent.

5. Item peccant in votũ, qui Miſſam celebrant pecu-

niâ,

niâ quando Fratres pro tempore præsenti, vel de proximo imminenti, non habent, necesse recurrere ad amicũ spiritualem, ut aliquid solvatur, aut ematur.

6. Qui eleemosynâ pro necessitate depositam, aut datam nolunt expendere, sed per modum providentiæ in futurum, aut thesaurizationis reservant, quærentes interim aliam.

7. Qui rem habitam reservant superfluè, aut reponunt, nolentes uti, ne destruatur, & ut in futuro sibi non deficiat.

8. Qui pecuniam à dantibus

bus in dando specialiter ad certos usus deputatam, commutari faciunt in alios usus, suâ auctoritate contra expressam voluntatem donantium.

9 Qui ea quæ ad obsequium mortuorm dantur vel similia vendunt, aut in a iud commutant suo nomine, & auctoritate, præter voluntatem & auctoritatem Procuratorum Papæ, aut dantium.

SUMMA PERFECTIO

Istius Regulæ consistit in sex alis Seraphicis Mystice complexa videlicet.

In omnimoda obedientia.
In paupertate Evangelica.
In

In castitate mundissima & immaculata.
In humilitate profundissima & abjectissima.
In simplicitate perfecta & columbina.
In charitate Seraphica.

LAUDES REGULÆ.

BEatus Franciscus Communem Professionem & Regulam ardentissimè zelans, volebat quod semper apud se Fratres haberent Regulam, & qui circa illam erant zelantes, singulari Benedictione eos benedicebat. Hanc enim singulariter suis Fratribus dicebat esse Librũ vitæ, spem salutis, medullã

Evan-

Evangelii, viam salvationis, scalam Cœli, clavem Paradisi, pactum æterni Fœderis. Hanc volebat ab omnibus sciri, ab omnibus haberi, & ubiq; in allocutione, & in alleviatione tædii & memoria præstiti juramenti cum interiori homine confabulari Docuit eam semper cum intentione dirigendæ vitæ portari præ oculis; imo cum ie psa debere mori.

Et hæc suis Fratribus dicere solebat: O dilectissimi Fratres & in æternum benedicti Filii, audite me, audite vocem Patris vestri. Magna promisimus; majora promissa

sunt

sunt nobis. Servemus hæc: suspiremus ad illa. Voluptas brevis; pœna æterna. Modica passio, gloria infinita. Multorum vocatio, paucorũ electio, omnium retributio.

Et contrà eos, qui aliquid contra puritatem Regulæ inducunt & hunc Ordinem (quem præcipuè decorat paupertatis professio) terrenarum rerum pulvere maculare præsumunt & relaxant, maximè qui alios suis malis exemplis scandalizant maledictionem Dei, & suam terribiliter in peccando alignando dicebat: à Te Sanctissime Pater & tota Cœlesti Curia,

& à

& à me pauperculo sint maledicti, qui suo malo exemplo confundunt & destruunt, quod per Sanctos Fratres hujus Ordinis ædificasti, & ædificare non cessas.

Et salutẽ animarum fervida æmulatione zelans, ajebat, se repleri odoribus, & quasi unguento pretioso liniri cum Sanctorum Fratrum per orbem distantium odorifera fama, multos audiret, ad vitam veritatis induci. Et ex talium auditu, exultabat in Spiritu ac benedictionib9 omni acceptatione dignissimis Fratres illos accumulans, qui verbo & opere ad Christi

cti amorem inducerent peccatores.

Fratres enim hortans, his verbis utebatur: Fratres mei hac hora novissima mundi, dati sunt mundo, ut electi in eis impleant illud, unde à supremo Judice in illo ultimo judicio mereantur commendari illis verbis svavissimis: Quod uni ex his Fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis. Item Sanctissimus Pater Filiis agebat: Annuntiate hominibus pacem: prædicate pœnitentiam in remissionem peccatorum. Estote in tribulationibus patientes, in orationibus vigi-

lantes, in laboribus strenui, in sermonibus modesti, in moribus graves, in beneficiis grati, quia pro his omnibus regnum vobis præparatur æternum. Quod nobis Dominus concedat, Amen.

PERFECTIONES S.P.N. FRANCISCI

Ad quas quilibet verus Minor pro posse tendere debet.

PRima. Quod toto conamine & viribus nitebatur ad dolendum pro peccatis, & libenter confitebatur ea, & sine mora: & postea cavebat pro posse à relapsu.

Secunda. Quod omnem creaturam supra se ponebat,

& se subtus: & hoc, quiá (ut dicebat) offenderat illū magnum Dominum, qui fecit omnem creaturam, & qui tantum honoravit nos, quod amore nostri assumpserat carnem humanam; qua assumpta participavit omni creaturæ. Ob hoc erat obediens bono corde & bona voluntate omnibus, non tantum majori, vel pari, vel minori, sed etiam omni creaturæ secundum quod poterat.

Tertia. Quod cor suum ab omni mundàna & humana creatura eradicabat, nec requiem inveniebat, neq; etiam fundamentum, aut radicem

cem in alio figebat, quam in illo, quem babebat cordis & Creatorem & Inspectorem. Ob hoc consveverat cor suum proicere in Christum, qui fecerat sibi cor, & ita cor suum excitaverat de illo, qui fecit sibi cor, quod sine pæna, quandocunq, volebat, revertebatur cogitando, & afficiendo erga illum, qui fecit homini cor: unde erat semper Deo intentus in omni loco, & in omni tempore, præsertim in oratione: in qua aut dicebat culpam de malis perpetratis, aut desiderabat bona, quæ ei deficiebant, aut reddebat gratias de bonis si-

bi collatis, aut de malis & de tribulationibus, quæ sibi eveniebant, quia benignus Deus (ut credebat) propter castigationem suam illa sinebat sibi evenire.

Quarta. Quod erat tantæ patientiæ, quod illum qui sibi malum faciebat, vel dicebat, conabatur plus diligere & amare, & ex toto corde, & ex bona voluntate ei libentius servire sine omni amaritudine cordis, quia sicut Deus ex vera liberalitate omnia bona sibi tribuebat: ita omnia mala sibi (ut credebat) permittebat evenire, ut ostenderet sibi peccata

sua

sua, & ipse ea cognosceret, & adverteret, ut in præsenti illum puniret, illum igitur, qui sibi malum faciebat, vel de ipso malum dicebat multum diligebat, quia mediante illo, tanquam nuntio, Deus magnum bonum sibi conferebat, & tanquam membrum & retinaculum, quo mediante Deus eum tergebat, & tanquam instrumentum & dolabrum quo eum DEUS dolabat.

Quinta. Quod diligebat omnes bonos; & omnibus malis compatiebatur, ac honorabat omnes & se viliorem omnibus reputabat, etiam

pessimis; & hoc quia nesciebat utrum bonum, quod ipse faciebat Deo placeret, aut utrum in eo permaneret, nec similiter sciebat finem, ad quem alius deveniret. Ob hoc nullum in corde suo judicabat, nec de ore suo malum de altero proferebat. Et quando malum alicujus audiebat ab aliquo, vel ipsum excusabat, vel hoc audiendo se ipsum esse tristem ostendens tacebat vel verba dicẽtis sagaciter in aliam materiam vertebat.

Sexta. Quod multum amabat reprehensionem & illum, qui reprehendebat. Et si

si aliquid malum de eo dicebatur, illud concedebat; si verò bonum, quod in illo esset, se excusabat, & dicebat, quod nihil boni faciebat, in mente tenens quod Deus omne bonum facit & dat etiam voluntatem faciendi.

Septima. Quod omnibus libenter serviebat, & vix ab aliquo sibi serviri acquiescebat, reputans se indignum omni servitio: dicebat enim quod CHRISTUS non venerat ministrari, sed ministrare. Si ergo aliquis serviebat ei in aliqua necessitate, in corde suo gratias agebat Deo quod illi dederat voluntatē si-

sibi serviendi, & posse.

Octava. Quod studebat recogitare omnia beneficia sui, & aliorum & animaliũ, & aliarum creaturarum, & pro omnibus gratias rependebat Deo, & postea humiliabat se, dicendo quis sum ego, qui pro aliis gratias refero, cum non sufficiam referre eas pro minima parte boni, quod mihi Deus fecit? & maximè cum sim tam parva creatura? & sic annihilabat se.

Nona. Custodia linguæ, quæ complementum erat omnium bonorum, & sine qua perditur omne bonum; quia lin-

linguam suam custodiebat, non tantũ à verbis malis, sive nocivis, falsis & inhonestis, sed etiam à superfluis & vanis, quæ devotionem cordis evacuant Super omnia igitur sibi cavebat, ut in omni verbo ejus esset veritas, bonitas, & humilitas; quia verbum hominis debet incipere à veritate, proficere in bonitate, & terminari in humilitate, & mensurari brevitate, quia verbũ abbreviatum fecit Dominus super terram. Perfectiones ipsius S. Francisci amplius & diffusius apparent ex legendis ipsius, & conformitatibus.

De VER-

VERBA BEATISSIMI PATRIS N. FRANCISCI,

Ad Humilitatem, Obedientiam, Devotionem, & Patientiam inducentia.

De Humili Servo DEI.

BEatus ille Servus, qui non tenet ſe meliorem quando magnificatur & exaltatur ab hominibus, ſicuti quando tenetur vilis, ſimplex & abjectus: quia quantum eſt homo coram DEO tantum eſt, & non plus.

Væ illi Religioſo, qui ab aliis poſitus eſt in alto, & per ſuam voluntatem non vult deſcendere.

Et Beatus ille Servus, qui non

non per suam voluntatem ponitur in alto, & semper desiderat subesse pedibus aliorum.

De bono & vano Religioso.

Beatus ille Religiosus, qui non habet jucunditatem & lætitiam nisi in sanctissimis eloquiis, & in operibus Domini, & cum his perducit homines ad amorem Dei in gaudio, & lætitia, & exultatione.

Væ illi Religioso, qui delectatur in rebus otiosis & vanis, & in his perducit homines ad risum.

De Correctione.

Beatus Servus, qui discipli-

plinam, accusationem, & reprehensionem ita patienter ab aliquo sustinet, sicut à semetipso.

B Servus, qui reprehensus benignè acquiescit, verecundè obtemperat, humiliter cōfitetur, libenter satisfacit.

Beatus Servus, qui non est velox ad se excusandum, & humiliter sustinet verecundiam & reprehensionem de peccato, ubi non commisit culpam.

Quod Servi DEI honorent Clericos.

Beatus Servus, qui portat fidem in Clericis, qui vivunt rectè secundum formam S. R.E.

R.E. & væ illis, qui ipsos despiciunt. Licet enim sint peccatores tamen nullus debet eos judicare; quia ipse solus Dominus reservat sibi ad eos judicandum. Nam quanto major est omnibus administratio eorum, quam habent de Sanctissimo Corpore, & Sanctissimo Sanguine Domini Nostri JESU Christi, quod ipsi recipiunt & aliis ministrant, tanto plus peccatum habent, qui peccant in ipsis, quam in omnibus aliis hominibus istius mundi.

De Paupertate Spiritûs.

Beati pauperes Spiritu, quo-

quoniam ipsorum est Regnū Cœlorum. Multi sunt, qui orationibus & officiis insistentes, multas abstinentias & afflictiones in suis corporibus faciunt, sed de solo uno verbo quod viderint injuriā esse suorum corporum, vel de aliqua re, quæ sibi auferetur scandalizati continuo perturbantur. Hi non sunt verè pauperes spiritu: quia qui verè pauper est spiritu, seipsum odit, & alios diligit, qui ipsum percutiunt in maxillam.

De patientia in adversis.

Servus DEI non potest cognosci, quantum habet patien-

entiam & humilitatem in se, dum satisfactum est sibi, dum autem venerit tempus, in quo illi, qui deberent satisfacere ei, faciunt sibi contrarium, quantam habet patientiam ibi & humilitatem, tantam habet, & non plus.

De perfecta Obedientia.

Dicit Dominus in Evangelio: qui non renunciaverit omnibus, quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Et qui voluerit animā suam salvā facere, perdet eā. Ille homo renuntiat omnibus, quæ possidet, & perdit corpus suum, qui seipsum totum præbet ad obedientiam in

manibus sui Prælati; & quid quid facit aut dicit, quod ipse sciat quod non sit contra voluntatem ejus (dum bonū est quod facit) vera obedientiá est. Et quando subditus viderit meliora, & utilia animæ suæ, quam ea quæ suus Prælatus præcipiat, suam voluntatem sácrificet Domino: & quæ sunt Prælati opera studeat adimplere. Nam hæc est charitativa Obedientia, quæ Deo & proximo seipsum sacrificium facit. Si verò Prælatus præcipiat aliquid subdito contrà animā suam, licet ei non obediat, tamen eum non dimittat. Et

si ab aliquibus persecutionē ideo sustinuerit, magis illos diligat propter Deum. Nam qui potius persecutionem sustinet, quam velit à suis Fratribus separari. Verè permanet in perfecta Obedientia, quia ponit animā suam pro Fratribus suis. Sunt multi Religiosi, qui sub specie videndi meliora quam quæ sui Prælati præcipiunt, aspiciunt retro, & ad vomitū propriæ voluntatis redeunt. Hi homicidæ sunt & propter sua mala exempla, multas animas perdere faciunt.

Quod nemo superbiat.

ATtende o homo in quantā

excellentia posuerit te Dominus, qui creavit & formavit te ad imaginem dilectissimi Filii sui secundũ corpus, & ad similitudinem suã secundum Spiritum. Et omnes creaturæ, quæ sub Cœlo sunt secundum se serviunt, cognoscunt & obediunt melius Creatori suo quam tu. Et etiam dæmones non crucifixerunt eum, sed tu, cum ipsis crucifixisti eum, & adhuc crucifigis delectando in vitiis & peccatis. Unde potes gloriari? num si ita esses subtilis & sapiens, quod omnes scientias haberes & scires interpretari omnia ge-
nera

nera linguarum & subtiliter de Cœlestibus rebus perscrutari, in omnibus his non potes gloriari, quia unus dæmon scivit de cœlestibus magis, & scit de terrenis plus: quam omnes homines, licet aliquis fuerit, qui summæ sapientiæ cognitionem à Domino receperit spiritualem, Similiter si esses puchrior, & ditior omnibus, & etiamsi faceres mirabilia ut dæmones effugares: omnia ista sunt contraria & nihil ad te pertinent In his nihil poteris gloriari: sed in hoc possumus gloriari, in infirmitatibus nostris, & bajulare quotidie

tidie Sanctam Crucem Domini N. JESU Christi.

De Imitatione Domini Nostri JESU Christi.

ATtendamus, Fratres omnes, bonum Pastorem, qui pro ovibus suis salvandis, Crucis sustinuit passionem. Oves Domini secutæ fuerunt eum, cum tribulatione & persecutione, verecundia & fame, infirmitate & tentatione, & cæteris aliis: & de his receperunt à Domino vitam sempiternam. Unde magna verecundia est servis DEI, quod Sancti faciant opera, & recitando eâ, volumus recipere gloriam & honorem.

De Castigatione Corporis.

Multi sunt, qui dum peccant, vel injurias recipiunt, sæpe inculpant inimicum vel proximum, sed non est ita, quia unusquisq; habet in potestate sua inimicum suum, videlicet corpus, per quod peccat. Unde Beatus ille Servus, qui talem inimicum traditum in sua potestate, sẽper captivum tenuerit, & sapienter se ab eo custodierit: quia dum hoc fecerit, nullus inimicus visibilis ei nocere potest.

De abscondendo bonum ne perdatur.

Beatus Servus, qui thesau

rizat

rizat in Cœlo bona, quæ sibi Dominus ostendit, & sub spe mercedis non cupit manifestare hominibus: quia ipse altissimus manifestabit opera ejus, quibuscunq; placuerit. Beatus Servus, qui Secreta Domini observat in corde suo.

Hæc igitur sunt verba vitæ & salutis, quæ si quis elegerit & fecerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino Amen.

Quomodo Sancta Regula Fratrum Minorum sit divinitus revelata, & facta à Christo in Monte promulgata, & B. Francisco tradita.

Bea-

BEatus Franciscus post primam Regulam, quam fecerat, & ab Innocentio III. vivæ vocis oraculo duntaxat approbatam, iterum aliam in melius aptavit, moderavit & fecit, quæ tamen (tanquam nimis arcta) quibusdam Ministris & pluribus Fratribus non placuit, & ideo ab iisdē Ministris, vel Beati Francisci Vicario, cautè destructa, vel per incuriam perdita fuit, prout plenius in S Bonaventura & in Chronicis Ordinis declaratur. Tandem B. *Pa*ter Regulam ipsam tertio in melius reparare & ordinare cupiens, ascendit in quem-

dam montem, dictum de Fonte Palombo cum Fratre Leone de Assisio, & Fratre Bonicio de Bononia, & fecit aliã Regulam firmissimam, humanam, atq; perfectam, & hanc ex tunc semper tenuit & tenet Ordo, quam post multas preces & lacrymas ad Deum, multaq; jejunia in pane & aqua, Spiritu S. suggerente, & Christo dictante, scribi fecit, & à Domino Honorio Papa III Confirmari voluit Anno Pontificatûs sui 8vo.

Congregati autem simul plures Ministri, dixerunt ad Fratrem Eliam, tunc Vicarium B, Francisci: Nos audivi-

divimus, quod iste Frater Franciscus facit unam novā Regulam: timemus autem ne faciat eam nimis âsperam, adeo quod non possimus illā observare. Volumus ergo, ut vadas ad eum, & dicas ei, quod nolumus esse obligati, ad illam Regulam, faciat illā pro se & non pro nobis. Quibus Frater Elias respondit, quod nolebat ire sine ipsis, & tunc simul iverunt. Cumq; essēt prope locum, ubi stabat B. Franciscus, vocavit eum Frater Elias; quo respondente, & vidente Ministros prædictos, dixit B. Franciscus quid volunt isti Fratres? &

Frater Elias ait: isti sunt Mi nistri, qui audientes quod tu facis Regulam novã, & timentes quod tu facias eam nimis asperam, dicunt & protestantur, quod nolunt esse obligati ad illam: facias eam pro te, & non pro illis. Tunc B. Franciscus vertit faciem suam ad Cœlum & loquebatur Christo sic: Domine, non ne bene dixi Tibi, quod ipsi non crederent mihi? tunc audierunt omnes vocem Christi, respondentis in aere & dicentis: Francisce, nihil est in Regula de tuo, sed meum est quidquid est ibi: & volo, quod Regula sic observetur

ad

ad literam, ad literam, ad literam: sine glossa, sine glossa, sine glossa: & addidit: ego scio quantum potest humana fragilitas, & quantum volo juvare eos, qui hanc Regulam amplectentur: qui ergo nolunt servare eam exeant de Ordine. Tunc B. Franciscus vertit se ad illos Fratres, & dixit eis: audistis? audistis? vultis quod faciam iterum vobis dici? tunc Ministri mirati, & seipsos intuentes, confusi & territi recesserunt.

Unde apparet evidenter, hanc Regulam & ordinatam, & institutam fuisse à Domi-

no nostro JESU Christo. Apparet etiam, quod & facta & composita fuit, nimirũ cum jejuniis & orationibus: & in quo loco, nempe in monte; & quis ejus fuerit Author, Dominus scilicet noster JESUS Christus, qui eám revelavit Beatissimo Patri nostro Francisco.

Ex quibus videre licet, Regulam nostram datam ad eum modum, quod DEUS dedit legem Moysi in monte cum jejunio, ad eum etiam modum, quo Lex Evangelica data est à Domino nostro JESU Christo docente in monte. Elucet etiam ex his, hujus

jus Regulæ excellentia & præeminentia. Ideoq; nemo debet (eidem detrahens) dicere eam esse impossibilē, & inobservabilem, cum Dominus JESUS (in quo sunt omnes thesauri Sapientiæ & Scientiæ absconditi, & novit omnia) eam ordinarit, & ordinatam sic immutatam permanere voluerit. Nemo itaq; eam debet habere pro falsa, aut suspecta, aut pro tali, quæ hominem ad perfectionem ducere non queat, quia Dominus JESUS, omnis perfectionis Magister & caput, eam & composuit & dictavit. Nemo debet eam abijcere,

cere, sed cum omni reverentia & amore amplecti; scilicet, ratione Auctoris, qui fuit JESUS Christus, & Reformatoris, qui fuit B. *Pater* Franciscus, ille enim eam recepit; & ratione Scribæ, qui fuit Frater Bonitius, vel Frater Leo.

An à Christo data sit, non relinquitur dubitationi locus cum declararit in præsentia tot Ministrorum & affirmarit, quod indicta Regula B. Franciscus nihil apposuisset de suo. Ea propter, cum vellet Papa Honorius (qui Regulam confirmavit) unius Capituli aliquot verba muta

re,

re, & super hoc interrogasse B. Ftanciscum: respondit S. Pater: non ego inserui Regulæ hæc verba; sed JESUS Christus, qui novit quid expediat, quid sit utile ac necessarium saluti animarum ac Fratrum, cui etiam notum, ac manifestũ est omne quod futurum est & in Ecclesia & mea Religione. Ideo nec debeo, nec possum mutare verba Christi Domini.

Exhortans B. Pater Fratres suos ad observantiam Regulæ dicebat se nihil posuisse in *Regula* de suo vel ex suà industria, & se jussisse eam scribi, sicut Dominus ei

revelaverat. De hac Regulâ Testimonium dant Frater Bonicius, & Frater Leo, qui præsentes erant cum in monte eam reciperet B. Franciscus, à Domino JESU Christo: & cum eandem ei confirmaret Papa Honorius: dicuntq; illũ dixisse hæc verba: Beatus ille, qui Divina Gratia confortatus fideliter, & devotè custodierit hanc Regulam; quia omnia quæ continet, sunt Sancta Catholica, atq; perfecta.

Hæc Regula est tota Evangelica & perfecta, in Sacro Christi Evangelio, ac ipsius Christi & Apostolorum

ejus vita & doctrina fundata
obſervabilis, rationabilis, &
humana: & ita per Sacrorū
Stigmatum Chriſti impreſſi-
onem mirificam in Corpore
ipſius Inſtitutoris B. Franci-
ſci, quaſi Sigillo & Bulla Su-
premi Eccleſiæ Capitis &
Sponſi, atq; Pontificis Chri-
ſti roborata. Et ita velut ta-
lis, & tanquam legitima, &
humnæ conditioni proporti-
onata, & à S. Sede Apoſto-
lica eſt multipliciter appro-
bata; & Ordo iſte confirma-
tus & approbatus, præſertim
ab Innocentio III. & Hono-
rio III. adhuc vivente S. Frā
ciſco. Deinde à Gregorio IX
 Ale-

Alexandro IV. Innocentio IV. & Nicolao III prout diversæ literæ Apostolicæ desuper sub Plumbo datæ testificantur, & prout etiam satis declaratur & exprimitur in Decretalibus, titulo de excessibus Prælatorũ Cap. nimis prava. Ubi Ordines & Regulæ Fratrũ Minorum & Prædicatorum specialiter ab Ecclesia susceptæ & approbatæ decernuntur. Et quod amplius est, in 6to de Verb: significat Cap. Exiit qui seminat. Et in Clementinis Cap: Exivi de Paradiso, Regula ipsa, & Status Fratrum Minorum declaratur & firmatur,

tur, quod de nulla alia scriptum in jure sic habetur.

Et quia hæc Sãctissima Regula taliter sub irrefragabili verbo veritatis & Evangelio Sacro, ac vita Christi & Apostolorum ejus, ac in Fide Ecclesiæ S. & ipsius bonimine, tanquam supra firmam petram fundata, & stabilita, ac roborata existit, ideo usq; in finem mundi, necessario in sua perfectione; in aliquibus veris Observatoribus & defensoribus ipsius, sub Regulari & perfecta ipsius Obedientiæ, paupertatis, & Castitatis forma perseverabit, dicente Christo Matth: 24.

Marc:

Marc: 13. & Luc: 21. *Cælū & terra trāsibūt, verba autem mea non præteribunt*, & ad hoc similitudinem adducente de stabilitate Domus, fundatæ supra firmam petrā, contra tempestates irruentes & fulmina: Matth: 7. & ut idem. dixit Petro Lucæ 21. *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat Fides tua.*

Et prout à principio Ordinis, quo Innocentius II. confirmavit Regulam Anno 1208. Usq; modo, ubi jam fluxerunt anni experientia certa notoriè, palam & publicè, probavit & probat, quod nunquam deseruit DEUS,

ꝰS, nec deseret istam plebē suam peculiarissimā quin sem-per providerit, & providebit de aliquibus istius Regulæ & status veris Observatori-bus, zelatoribus, & defenso-ribus; non obstantibus tempe statibus molestiarū aliquorū malorum *Prælatorum*, Fra-trum, & aliorum diversorū diversi status persecutorum, āc detractorum; & fluminic bus relaxationum, & dispen-sationum, partialitatum, aut inobedientialium aliquorum; ac pluviis carnalium, gluto-num, negligentium, munda-norum, superborum, tepido-rum, aridorum, atq; relaxa-torum, Fratrum. Et

Et ideo conformiter ad hæc refert S Bonaventura in legenda majori, quod cum B Pater Franciſcus ſemel turbatus malis exemplis aliquorum Fratrum, anxio ſpiritu miſericordem Patrem præcaretur pro Filiis, reſponſum hujuſmodi reportavit à Domino: Cur tu pauper homũtio perturbaris? an ego te ſuper Religionem meã ſic Paſtorem inſtitui, ut me principalem neſcias eſſe Patronũ? hominem ſimplicẽ ad hoc te conſtitui, ut quæ in te fecero, non humanæ induſtriæ, ſed ſupernæ Gratiæ adſcribantur.

Ego vocavi, ſervabo, & paſcam, & aliis excidentib9, alios ſubrogabo, ita quod ſi non fuerint nati, faciam illos naſci; & quantiſcunq; impulſibus fuerit concuſſa hæc pauperculaReligio ſalva ſemper (meo munere) permanebit

In hàc perfectiſſima Regula ſunt 12. Câpitula, ſicut Chriſtus habuit 12 Apoſtolos.

Item ſunt in ea verſus 72. ſecundum 72. Diſcipulorum Chriſti.

Singularia Privilegia impetrata per B Franciſcũ & eidem pro Ordine ſuo, & eum diligentibus, à Domino Deo collata.

Re-

REfert Dominus Gregorius Papa IX. se audivisse à B. Francisco dum viveret ipsum S à *Domino* Deo tria Privilegia obtinuisse.

Primum. Quod quanto plures Fratres essent in Ordine, & eorum numerus augeretur, tanto abundantiùs eis provideretur.

Secundum. Quod nullus in habitu posset male mori intellige sanè, videlicet, dummodo vita sit conformis habitui, quo ad Fratres & Devotio erecta & compuncta, quo ad sæculares

Tertium. Quod quisquis Ordinem suum persequeretur,

tur, graviter à Domino puniretur, & dies ſuos in brevi & male finiret.

Item dicit B. Franciſcus, tria inter alia ſe habuiſſe Privilegia à Seraphim ſibi in monte Alvernæ apparente, tēpore ſtigmatizationis ſuæ.

Primum. Quod Profeſſio Fratrum ſuorum ſive Ordo ſuus, durabit uſq; in diem judicii.

Secundum. Quod nullus volens in Ordine male vivere, poterit ibi diu perſeverare.

Tertium. Quod quicunq; ex corde diligeret Ordinem ſuum (quantūcunq; ſit peccator)

cator) misericordiã à Domino consequetur pænitendo.

Qualiter B. Franciscus prædixit, quæ verba & quæ opera deberent habere Fratres Minores: & quomodo cognoscantur à populo si essent Fratres Minores, vel non.

Legitur, quod semel B. Franciscus dixit ista verba coram populo.

EGo volo quod vos sciatis, quæ eloquia, & quæ opera debent ostendere Fratres Minores; ut non decipiamini ab eis, neq; ipsi seipsos, & vos decipiant & seducant.

Cum videritis quod Fratres Minores non inducunt Novitios, quos receperunt, ad dandum sua bona pauperibus mundi, secundum formam S. Evangelii sicut promiserunt, sed suggererent eis vel pro libris, vel pro Ecclesia, vel pro aliqua alia occasione, pro seipsis, vel pro necessitatibus Fratrum, quod aliqua reservent. Aut cum videritis Fratres ultra necessitatem quotidianam sui corporis procurare pro se, vel suis locis, vel Ecclesiis construendis, pecuniam vel denarios quærere: & legata, & Testamenta à vobis recipere,

re, vel quocunq; modo, vel ſpecie, ſcitote quod decepti & ſeducti ſunt: quia Fratres Minores, à Chriſto miſſi ſuam humilitatem & paupertatem oſtendunt plus opere quam ſermone.

Unde quando videritis eos loca paupercula, vilia, parva, & extra ſæculum poſita relinquere ſub ſpecie prædicationis & veſtræ utilitatis, in villis & caſtris loca conſtruere: Orationem ſanctam & devotionem amittere: Lectioni, & acquiſitioni librorum ſe dare. Sepulturas habere: & uſus rerum omnium afluẽtes velle, procurare,

rare, & pro his omnibus habendis, & procurandis Privilegia à Curia Romana impetrare & litigia, ex jure Privilegiorum, facere.

Tunc aperite oculos, & attendite vobis ab eis, ut non sequamini eos, nec audiatis: quia tales solo nomine se esse Fratres Minores prædicābūt, & paupertatem & humilitatem, quā Domino promiserunt verbis, operibus in se & in aliis destruent & impugnabunt: & multa mala fient in Religione & in Ecclesia, quæ ante tempus ego vobis prænuncio, ut tam ipsi, quam vos caveatis incidere in laqueos

dæ-

dæmonum, atq; hominum, & à malis futuris: quia tempora multarum tribulationum & seductionum appropinquant, quorum omnium prævisum indicium proximum, erit discessio Fratrum ab amore Christi, & Observantiâ veritatis & Evangelii; quia neq; scientia; neq, sapientia; neq, eloquentia mundum convertit ad Christum; sed pura & sancta conversatio; & perfecta observantia Mandatorum & Consiliorũ Christi.

Hæc ex Libro intitulato Fundamentum Trium Ordinum; Tractatu 2.

RATIONES NOTABILES
Sex, ad quid Fratres Minores vocati, & dati sunt huic mundo à Domino

FRatres Minores dati sunt & vocati à Domino Deo, præcipuè ut repræsentent Christum JESUM Dominū huic mundo, & tanta ipsius beneficia tunc à mundo jam quasi oblita, contempta, vel neglecta. Et propter hæc ab ipso Filio DEI, Domino nostro JESU Christo, postulati fuisse à Deo Patre suo referuntur, prout revelatum & ostensum fuisse legitur.

Prima Ut verbo & facto sint testes & imitatores præ

cipui suæ altissimæ paupertatis, per altissimam & omnimodam abdicationē proprietatis & indebitæ affectionis & cupiditatis terrenorum omnium, eorumq; perfectū contemptum; ac per pauperem, humilem, atq; moderatum usum rerum omnium temporalium. Quæ quidem Sanctæ Paupertatis virtus & affectio ab omnibus ubique deserta & repudiata ac contēpta videbatur, adeo quod amplius non inveniebatur: ubi perfectè, & integrè requiesceret pes ejus, donec B Franciscus eam recepit, & sibi ac suis desponsavit, tam

Fra-

Fratribus quam Sororibus.

Secunda. Ut verbo & facto, sint testes & imitatores suæ excellentissimæ perfectissimæ obedientiæ, qui non solum DEO Patri obediens factus est pro nobis usq; ad mortem Crucis, & etiam Parentibus suis subditus esse voluit; sed (quod magis est) malis Principibus & Sacerdotibus obedire voluit, & docuit, cum censũ Cæsari reddidit, & reddendum docuit, & cum de Scribis & Phariseis malis, populũ regentibus dixit: quæcunq; dixerint vobis facite, secundũ verò opera eorum nolite facere &c.

Quia juxta S. Bernardum, quanto contemptibilior præsidet, tanto magis obedientia subditi placet, & obediens meretur, maximè si talis (obediens culpa sua) nõ sit causa promotionis, nec cõtinuationis talis mali & insufficiẽtis Prælati. Etenim perfectissimus, & Evangelicus, atq́ Apostolicus obediendi modus & gradus, est obedire propter Deum non solum bonis, sed etiam (ut ait S. Petrus) discolis; non solũ in his, quæ quis explicitè promisit Deo observare, sed etiam simpliciter obediendo in omnibus,

quæ

quæ non sunt contraria animæ & Regulæ suæ, sine alia limitatione, vel repressione facultatis, aut jurisdictionis, vel obedientiæ Regularium Prælatorũ suorũ præsertim quo ad minores juxta suæ Regulæ formam.

Tertia. Ut sint testes & imitatores sui despectus & humilitatis, per contemptũ omnium bonorum, & vanitatum mundi ac per veram abjectionem, mortificationẽ & contemptum sui ipsius & suorum, propter Deum.

Quarta. Ut sint testes & sequaces verbo & opere, suæ tãtæ charitatis & affectionis,

ad salutem omnium animarũ per mundum discurrendo, ac verbo & exemplo prædicando, & animas (ipsius Christi pretioso Sanguine redẽptas) ad ipsum verum Creatorem, & Pastorem, ac Redemptorem reducendo, (prout B. Claræ suisq; Virginibus & B. Sylvestro, Domini voluntatem super hoc, ad instantiã B. Patris Francisci instantissime requirẽtibus) Divinitus revelatum fuisse legitur.

Quinta. Ut consequenter sint testes & imitatores, atq; annutiatores verbo & exemplo, cæterarum omnium suarum virtutum moralium,

atq; exemplorũ maximè suæ perfectissimæ humilitatis, mortificationis, abjectionis, sobrietatis, virginitatis, puritatis, patientiæ, mititatis, condescensionis, misericordiæ, pietatis, jugis cõtemplationis, devotionis & orationis; & hoc per humilitatis & charitatis opera & exercitia continua: per frequentes orationes: per jejunia moderata, & labores: per discursum in prædicationibus, pro animarum fructibus, ac exẽplis virtutum: per æstus & frigora: per piam & charitativam sublevationẽ infirmorum & afflictorum; per re-

ceptionē & sanationē pecca torum: per reductionem & directionem pauperū ignorantium atq; deviantium, & sic de aliis Christi & Apostolorum suorum exemplis & doctrinis, ad quorum sequelam, verus Frater Minor, pro posse studere & laborare debet, jugum Christi svave fideliter, strenuè & impigrè alacri animo, usq; ad mortē constanter & perseveranter ferendo, ut tandem audire mereatur illā dulcissimam vocem Christi invitantis, & dicentis: venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos,

cum Beatis meis & Fratribus vestris, mihi prædilectis & charis, atq; propinquioribus imitatoribus & sequacibus, & Ministris, quibus locum non infimũ, sed meum repromisit cum dixit: & ubi ego sum, illic & Minister meus erit, & alibi: sedebitis & vos super sedes duodecem, judicantes Tribus Israel &c Et alibi: qui autem perseveraverit usq; in finem, hic sal vus erit.

Sexta. Ut sint testes & speciales contẽplatores, & imitatores, ac verbo & exẽplo prædicatores, & annunciatores, atq. repræsentatores

suæ tantæ Passionis & mortis, ac tot Beneficiorum suæ Benedictæ Incarnationis, vitæ & mortis Ipsius, & tantæ nostræ redemptionis, non solum per jugẽ & frequentem meditationem ac recordationem ejusdẽ vitæ, Passionis & tantorum dolorũ interiorum & exteriorũ Christi, & Piissimæ Matris ejus; sed etiam per veram & spontaneam tolerantiam omnium contrarietatũ, tribulationũ interiorũ & exteriorum, vilipensionũ, & dolorum pro Nomine Sancto ejus; & consequẽter per devotam & ferventem prædicationem ipsius: nã paulò

ante

ante tempora B. Francisci, ista tanta ipsius Christi Domini nostri Beneficia, & maximè hujusmodi tantæ Passionis & mortis suæ, videbantur quasi in mundo oblita: Ideoq; voluit Christus per ipsum Sanctum, & Fratres ejus, quodāmodo ea in mundo, & mentibus hominum renovari, & rememorari attentius Et propterea ipsius Ordinis primàrium lapidem B. Franciscum voluit privilegio tam singulari & excellēti (videlicet Passionis suæ sacris Stigmatibus) insigniri, sub cujus vexillo militarent omnes minores, & Chri-

sti Imitatores, per verám & jugem recordationem & recollectionẽ, tantæ suæ Passionis, Mortis, Vitæ & contẽplationis, & Piæ suæ Matris; quæ etiam (ut legitur in libro Conformitatũ) propterea & ad hoc specialiter unà cum Filio suo Domino nostro JESU Christo Ordinem istũ, & Ordinem S. Claræ, à DEO Patre postulavit & obtinuit. Beati igitur Fratres, & Sorores tám Minores & S. Claræ, quam Tertiarii de Pœnitentia, quam etiam quicunq; alii cujuscunq; Status fuerint vel conditionis, qui (quãtum in se erit) in his sequẽ-

tur

tur ipſum plagiferum & vexilliferum Patrem noſtrũ B. Franciſcum, imò verius ipſũ JESUM Chriſtum Dominum noſtrum, & Sacratiſſimam Matrem ejus in hac vita: quia in morte, & in judicio, cum ipſo Capitaneo ſuo, in acie & Societate verorum Chriſti Militum & ſpecialium Paſſionis ſuæ, & vitæ contemplatorũ ac verorũ imitatorum, & annuntiatorum, glorioſiores omnibus mundi nationibus & Tribubus meritò apparebunt cum Chriſto & Apoſtolis ejus, id eſt, ſententiam judicis approbantes, juxta verbum Chri-

Christi: amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione; cũ sederit Filius hominis in Sede Majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecẽ Tribus Israel.

DE PAUPERTATE.

Causæ, propter quas Fratres debent studere Regulæ.

Observantia mementosa triũ votorum, quæ promittimus, est maximè necessaria; ita quod observantes, sunt in bono statu, & in cõtinuo merito, atq; ita morientes, securi sunt de sua salute: qui verò non observant, sunt

in malo statu, & continuo de merito, sicq; morientes damnantur.

Ignorantia crassa & supina licet ex parte excuset (id est quod non sit ita grave peccatum, ut affectata) non tamē ita excusat, quod trāsgressio mandatorū non sit mortalis, & hoc fit, quando quis per negligentiam, non satagit vel curat scire, quæ necessaria sunt ad salutem. Dicūt quatuor Magistri quod ignorantia Regulæ, in qua quis professus est, non excusat, imo nec ipsa quidem ignorantia statutorum, secūdum Archiepiscopum Florentinum.

Igno-

Ignorantia affectata in rebus ad salutem necessariis, nec in toto nec in parte excusat; & hoc fit quando quis per malitiam & contemptũ non vult discere, nec apprehendere necessaria saluti, ad quæ per votum & præceptũ obligatur, pejus autẽ est quã do observatores contemnit.

Tenemur esse de nostra salute soliciti eam enim cõtemnentes sumus in malo statu, ideoq; oportet diligẽter studere Regulæ, & eã observare, & non vivere, sine consideratione, nec sequi cõmunem periculosissimũq; abusũ.

Tenemur ad perfectionẽ ten-

tendere, hoc eſt, cum omni amore Dei, ſolicitudine, ac fervore, toto niſu ſatagere, ut cognoſcamus, ſciamus, & in opus conferamus ea, quæ tenemur facere, & cōtrariū fugere, & de virtute in virtutem ſemper proficere: quia in via Dei & obſervantia Regulæ, non progredi de bono in melius, retrogredi eſt, ait S. Bernardus.

Noſtra paupertas altiſſima eſt ſuper omnes paupertates mundi, cum ſit voluntaria: tum quia continet omnimodam abdicationem omnium rerum temporalium, quanum ad proprietatem; & quantum

ad usum continet necessita-
tem: tum quod conformis est
paupertati Domini nostri
JESU Christi, & Sanctissimæ
Matris ejus, atq; Beatorum
Apostolorum suorum *Vide*
Barthol. in Minoritica.

S. Bonaventura idem con-
firmat: unde multum repre-
hendit eos, qui cum in sæcu-
lo fuerint pauperes, in Reli-
gione volũt esse divites. Con
firmat & S. Franciscus in Re
gula *C. 6.* dicens: Hæc est
illa celsitudo altissimæ pau-
pertatis. Cõsiderent bene i-
gitur ista verba Professores
altissimæ paupertatis.

Fratres Minores promit-
tunt

tunt paupertatē, non solū in non habendo rem aliquā propriam, verum etiam in paupere usu rerum necessariarū. Et ubi est superfluitas & usus abundans, ibi non est paupertas. Et qui oppositū tenent, considerent bene, quod Cap: exiit. De verborum significat: in sexto dicit; quod usus omnium rerū, non est nobis licitus; sed solum necessariarū, sustentationi naturæ & executioni officiorum. Et si non teneremur ad paupertatem in usu, sed solum in non habendo proprium, possemus habere, usum opulentum ac divitem, ut divites

hu-

huju s mũdi & habere vineas, & campos; salvo quod proprietas non esset nostra, sed aliorum quod est falsissimũ.

Pisanus super verba sexti Capituli: Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis &c. dicit; quod nihil est in Evangelica paupertate, quod in Regula non intendat injũgere Fratribus Minoribus.

Cui Dilectissimi Fratres totaliter inhærentes, nihil aliud &c. dicit: Frater Hugo. Hic includitur mandatum plenæ observantiæ paupertatis quando dicit: Nihil aliud pro Nomine Domini nostri JESU Christi sub Cœlo habe-

re velitis, id est, nihil aliud ab ista altissima paupertate & quantum ad proprietatem & quantum ad usum. Totũ sextum Capitulum prædicat, nos promittere paupertatẽ. Et 5 *Cap*: dicitur: Paupertitis Sanctissimæ Sectatores.

Et Nicolaus III. dicit, hanc Religionẽ esse radicatã & fundatam in paupertate. Et § Nec quisquam dicit: quod spontaneè vovemus imitari Christũ in paupertate.

Clemens V § Cæterum dicit: S Franciscum fundasse suæ Regulæ Professores in maxima paupertate. Et §. Proinde detestans ædificia

sum-

sumptuosa, superflua & curiosa dicit: Ut tantæ paupertati promissæ non derogetur &c.

Innocentius IV. & Alexander IV. dicunt: Vos, qui pro Nomine JESU Christi extremam sustinetis paupertatē. Hugo dicit: Qui hanc Regulam & vitam observare promittit, promittit observare paupertatem.

S. Bonaventura C. 6. dicit Cum sint Fratres Professores altissimæ paupertatis, necesse est, ut omnia, quæ sunt ad eorū usum, habeant (quo ad fieri potest) vilitatem, asperitatem, & paupertatem: quæ

quæ tria conſequuntur altiſſimam paupertatem.

Piſanus libro Conformitatum Fructu. 16. expreſſe dicit: nos promittere extremã paupertatem. Et ibidem miranda refert de intentione S. Franciſci circa paupertatẽ. Concordant omnes Ordinis Doctores cum Summis Pontificibus. Et adjungit Joannes de Pecano: nobis prohibitas eſſe cellas vinarias atq́ granaria, ædificia exceſſiva omnemq; ſuperfluitatem.

Ex perfectione Regulæ noſtræq́; Profeſſionis, quarumcunq; rerum proprietas nobis eſt prohibita (ut dici-

tur

tur initio 6. Cap.) & solum habemus usum facti rerum necessariarū (secundum Nicolaum III.) utimurq; rebus tanquam non nostris, ita ut ne ipsius quidem usus habeamus dominium vel proprietatem; sed omnia cum licentia Prælatorum: sic ut nec habitus, nec tunicæ; nec chordæ; nec femoralis habeamus proprietatem; sed tantum simplicem usum; ut dicit Joannes de Pecano: Proprietas in usu est: quando Frater aliquis tenet rem aliquā in sua potestate; nec vult alios à se; vel quos sibi placet; illius rei usum habere: quod est

actus

actus proprietatis nobis prohibitus. Hujus autem rei indicium est, obserare cellas, areas, musea, scamna, cæteraq; similia.

Antiquitus Fratres omnia sibi necessaria habebant in communi, etiam Breviaria, tam per intentionem Regulæ & S. Francisci, quam per Nicolaum III. & Clementem V circa finem.

Tenemur ad facti usum paupere & arctum & strictū non omnium rerū, sed necessarium sustentationi naturæ, & executioni officiorum Ordinis.

Quando S. Franciscus pro

hibet recipere pecuniā (quæ non parū confert ad opulentam, lautámq; vitam) & ex hoc quod 6. *cap.* dicit de altissima paupertate clarū est, eum velle, nos habere usum pauperem, arctum ac tenuē. Hæc ex declarationibus Patrum Ordinis Joannes de Pecano dicit: quod Fratres in usu debent tenere modum altissimæ paupertatis. Et S. Franciscus concedens solum habitum, & tunicam, vult nos servare arctū usū rerū.

S. Franciscus volebat quod pauci Fratres simul in uno loco cōmorarentur: quia videbatur ei difficile, quod pau-

paupertas ibi bene servaretur, ubi esset multitudo id ipsum dicit *P.* Brandolinus. Ubertinus dicit quod laudis præconia, quæ S. Franciscus facit de paupertate 6. *Cap.* essent frivola & ridicula, sine arcto usu, nec Sũmi Pontifices paterentur in suis Bullis eam prædicari altissimam.

S. Bonaventura dicit, quod turpe est & profanum mendacium, se appellare Professores altissimæ paupertatis, & non velle rerũ penuriam pati.

Clemens V. dicit, quod necessarius rerũ usus est concessus Fratribus non superfluus, G5 Sue

Superfluum est illud, quo sublato reliquũ sufficit. Duarum rerũ altera superfluit, quando una illarum sufficit. Multum superfluit, quando parum satis est. Pretiosum abundat, si vile satisfacit.

S. Bonaventura in Defensorio paupertatis, non omnẽ paupertatem defendit, sed Evangelicam & egenam & eam, quæ per votum adstringit, servare arctum usum rerum necessariarũ, & tollit superfluitatem: & hanc dicit esse Christi, & Sanctorũ Apostolorum & S. Francisci, & ejus Regulæ Professorũ: quæ ita naturæ necessitate subvenit

nit ut arcto usu non recedat. Hæc ex S. Bonaventura.

F. Hugo dicit quod in initio erant pauci Fratres, & paucis contenti & vilibus, ac frequenter modico panis & aquæ sustentabant vitã suam aliquando etiam solis fructibus existimantes se beatiores cum Apostolis vellere spicas quam ollis carniũ abundare cum Ægiptiis. Impræsentiarum immoderatus appetitus sensualis abundantiæ, magnæ ruinæ, causa est. Vide ejus declarationẽ quanta dicat contra illos qui arctũ usũ contemnunt, & quærunt superfluum, & abundantem.

Qui Hugo etiam dicit, quod omnia illa quæ in Regula expresse non conceduntur, requirunt necessitatem, & dispensationem; alterum si desit causat proprietatem.

Quantum ad privilegia dicit Alvarus *lib*: 2. *art*. 61. & 66. De planctu Ecclesiæ, quod nullam majorē proprietatem potest habere Frater Minor, quam habere privilegia: quia cum Fratres sint Personæ Evangelicæ debēt propter Deum omni creaturæ humanæ esse subjecti, maximè Prælatis Ecclesiæ.

Quid ergo in mundo faciunt Fratres Minores, per privile-

vilegia facti Majores contra-
veniunt ergo suo nomini &
professioni (sicut clarum est
hunc statum consideranti)
excepto privilegio confirma-
tionis Regulæ quãdo ex oc-
casione privilegiorum data
est materia cõmuniter Fra-
tribus spiritu infirmis, con-
tra eorum Regulã, pecunias
habendi, recipiendi, & eis
abutendi. Hæc ex art: 61.

Et licet Ecclesia S. Roma-
na hæc sanctè & sancta inten-
tione concesserit, propter
Fratrum multitudinem rela-
xatam, quibus arcta via (ma-
ximè de facto pecuniæ) San-
ctæ Regulæ videbatur, &

quia in Ordine tepuerat fervor primus Apostolicus, & S. Francisci & Fratres à via discesserant simplicitatis, & viā acceperant scientiæ curiositatis & eloquentiæ: nihilominus data occasione pecuniarum per privilegia, vere facta est in Ordine paupertatis communis prævaricatio & generalis. Hæc Alvarus *art.* 65.

Joannes de Pecano dicit, quod privilegia & dispensationes data sunt, occasione carnis & sensualitatis: & Summi Pontifices ad instantiā Fratrū ea concesserunt ut condescēderent & satisfacerent

rent eorũ imperfectioni: qui (desiderantes largã non autem strictam rationẽ vivẽdi secundum paupertatẽ) procurarũt sibi concedi privilegia, per quæ possent habere legata, sepulturas, & similia relaxantia Regulæ puritatẽ.

Summi Põtifices (tanquã pii Patres) cum importunitate interpellati à Fratribus, concedunt eis privilegia, eo quod dicant Fratres se habere urgentes causas. Et illi ajunt: si sic est ut dicitis, fiat, semper tamẽ se remittẽtes ad illorum conscientias.

Nunquam fuit S. P. Francisci intentio, quod haberes-

tur privilegia. Prævidebat enim ingentem ruinam inde secuturam, in pecuniis ædificiis, ornamentis, maximumq; excessũ in victu & vestitu, & alia mala infinitâ. Hæc ille. Idipsum dicebant Socii S. Francisci.

Fratres (sive subditi, sive Prælati) non debent consulere venientibus ad Ordinẽ de suarum rerum dispositione, sed debent eos mittere ad aliquos Deum timentes (ut dicit Regula) & extra Ordinem, ut dicit Clementina. Exivi §. Nos autem: & Martinus V. & Pisanus: nec eis persvadere debent, ut dent

ali-

aliquid Fratribus, sed sinant eos facere, quod bonũ sibi videbitur.

Regula nullius rei usum expresse concedit Fratribus, præter habitus, tunicæ, chordae, femoralis, & Breviarii. Omnia aliä (qualiacũq; sint) requirunt necessitatem, & licentiam altera istarum si desit sequitur proprietas.

Fratres bona conscientia non possunt habere duos habitus ad suum usum, nec Prœlatũs potest concedere. Hoc probat multis rationibus P. Jacobus de Mantua in sua Collectanea.

Vestimenta Fratrũ debent

esse de panno paupere, vili, & aspero, secundũ Clementem V. Martinum V. & S. Bonaventuram & omnes Doctores Ordinis.

S. Franciscus dicebat esse Indicium extincti spiritus, quando Frater Minor se mollibus vestit & pretiosis vestimentis, & cõtra illos daemones vehementius animari ad tentandum. Unde tales acriter reprehendebat; & ut eos confunderet, portabat habitũ totum sacco coopertum. Vide Conformitates. Fructu 6 ideoq; in Regula vult, quod habitus possint esse repeciati saccis, ut pannus sit tam vilis,

lis, quod inter illum & saccũ proxima sit conformitas id est quod quando habitui est apposita pars sacci sit bene conveniens, & non appareat difformis. Haec Ubertinus.

Pisanus ait, magnum esse dedecus Fratri Minori portare vestimenta molia & curiosa, quia prae omnibus Religiosis strictius vovit paupertatem.

Fratres nullomodo debẽt dormire in plumis, nec in culcitris, nec linteaminibus; vel supponere capiti cervicalia plumea, nec portare indusia; nec consequenter pannos lineos circa carnem.

Vide Farinerium *cap.* 5. & Martinum V.

Libri debent haberi ad usum in communi, non autem in particulari, ut dicit Innocentius IV.

Pisanus dicit, hanc fuisse intentionem S. Francisci, & allegat Fratrē Leonē. Unde illo tempore etiam Breviaria habebant in communi. Et Frater Leo se submergendū putavit, eo quod haberet Breviarium, quando submergebantur tot Fratres, sicut in visione vidit.

Ubertinus ait, quod S Frā ciscus nunquam voluit cōcedere alicui Fratri aliquē librum

brum ad usum particularem.

Nunquã licitum est Fratribus recipere denarios, id est argentum numeratũ; nec pecuniã, id est omne id, quod pro pretio datur rei, comparatae, & quod recipitur pro re vendita. *cap* 4. Regulae.

Et cum in fine capitis dicit: Eo semper salvo: ut (sicut dictũ est) denarios vel pecuniã non recipiãt, in ista replica dat intelligere Quod si pro infirmis & pro vestiendis Fratribus (quae sint res summe necessariae) non vult S. Franciscus, circa pecuniã esse aliquã dispensationem; multo minus in rebus non ne cessa-

cessariis. Haec PP. Ordinis.

Non possumus (secundũ Regulam) recurrere ad amicos Spirituales, nisi pro infirmis, & Fratribus induendis, & pro necessitatibus his duabus similibus, secundũ Nicol III. Et Clemẽs V. §. Porro dicit: Advertant Fratres, quod ob nullas causas (exceptis praedictis) possũt recurrere ad amicos Spirituales.

Petrus Joãnis dicit, quod causae debẽt esse multũ urgentes & inevitabiles, ut sint similes necessitatibus infirmorũ, & vestiendi Fratres.

Fratres non possũt per se ipsos recipere denarios vel

pe-

pecuniam, nec expendere; nec jubere quod expendatur, nec expensarum computum facere, aut exigere, nec deponere, nec deponi facere: nec portare, nec tenere, arcas in quibus sunt denarii; nec claves dictarum arcarũ. Clemens Exivi §. Porro.

Statuta generalia cavent sub pœna proprietatis ne quis Fratrũ tangat denarios & S. Franciscus praecepit cuidam Fratri (eo quod denarios tetigisset) ut cum lingua reponeret in stercus asininũ.

Si Fratres compararũt rẽ aliquam, possunt rogare eum qui vult dare eleemosynam,

ut

ut satisfaciat in toto vel in parte prout ei placuerit, aut hoc alteri committat. Si hoc nec illud velit, vel non possit facere tunc Fratres de ejus licentia possũt ei praesentare aliquem, cui committat talem executionẽ vel satisfactionem, vel famulũ ejus, cui debet fieri satisfactio: nec unquam debent facere talem praesentationẽ, nisi de licentia ejus, qui est eleemosynae Dominus, & non nisi quando jam sunt certi quod ipsemet nolit facere. *Cap.* Exit. §. Caeterum.

Amicus Spiritualis propriè (secundum Regulã) est Domi-

Dominus eleemosynae, vel certè deputatus àb eo, qui quidquid facit, auctoritate Domini non sua neq; Fratrũ. Id ipsum dico de praesentato à Fratribus *Cap.*Exit: § Quiá vero.

Caveant sibi Fratres, ne procurantes aliquam satisfactionẽ cõsentiant, vel fictè permittant plus dari, quã res comparata valeat. Ideoq; nõ possunt procurare, nisi pro necessitatibus veris, determinatis, & praesentibus vel imminentibus. Clemẽtina Exivi

Unde pro rebus non totaliter necessariis, & quae per viam mendicationis possunt

habe-

haberi, recurrere ad amicos Spirituales nunquá est licitũ & qui oppositum facit, semper peccat mortaliter.

Petrus Joannis dicit quod Fratres nec recipere, nec habere possunt pecuniã, quae in Ecclesia offertur.

Et Clemens V. §. Porro dicit, quod omnis collectio pecuniae vel receptio ejusdẽ quae in Ecclesia vel alibi offertur; habere truncos, vel cistas deputatas ad reponendos denarios oblatos, & omnis alius recursus ad denarios est Fratribus interdictus. Hoc ipsũ confirmat Capistranus.

Non licet Fratribus Famu

los vel alios (multo minus Fratres)tenere ad custodienda altaria vel mensas paratas ad dictas oblationes, ut die animarum, vel ubi fiunt oblationes ratione miraculorum.

P. Fr Jacobus de Mantua dicit, quod etiam Syndicum tenere ad praedictum effectũ non sit licitum,& contrarium faciens, est proprietarius, & peccat mortaliter. Idem intelligitur de oblationibus factis Crucifixo die Parasceves

Non est licitũ Fratribus, pecuniarias collectas facere inter mercatores, vel cohortes militum, nec in aliquo loco, pro necessitatibus futu-

ris

ris & incertis. Nicolaus III. § caeterum, & Martinus V. & qui talia praecipit, & qui praecipienti paret, peccant mortaliter.

Dominiũ & proprietas pecuniae semper manet penes dantem donec conversa fuerit in rem deputatam. Nicol III. §. Caeterum, & §. Quia oportet.

Et in hac pecunia Fratres nullum jus, nullã administrationem nec dispensationem, nec actionem habent in judicio vel extra, contra dantẽ vel substitutum ab eo Nicol. III. §. Caeterum. Sed solũ possunt manifestare suam ne

cessi-

cessitatem, & rogare quod salvat. Et Fratres, qui excitant & solicitant lites, contraveniunt suae professioni. Clem. Exivi. §. Proinde.

Eleemosynae oblatae, vel relictae Fratribus non possũt ullo modo deponi in manu alicujus (ne quidem in manus Syndicorũ) sine evidentissimis necessitatibus, inevitabilibus Determinatis, certis praesentibus vel imminẽtibus, & nunquam pro futuris vel incertis.

Et si de Eleemosyna deputata, ad dictas necessitates aliquid supersit, hoc ipsum debet restitui Domino. Nicol. III. §. Quia.

Commissarius vel Substitutus, nec suâ, nec Fratrum auctoritate, potest pecuniam deputatã in unum usum, mutare in aliũ usum sine speciali licentia Domini.

Necessarium est ut eleemosynae Dominus expresse cõmittat à se nominato, vel per Fratres, ut expendat pecuniam in necessitates Fratrum, quô factô possũt Fratres (non obstãte contradictione haeredum, vel morte ipsius Domini) ad denominatum recurrere, ut expendat pecuniam in necessitates Fratrum. Nicol. III. In eo vero casu.

Do-

Dominiū & proprietas rerum (quarū simplex facti usus Fratribus convenit) est penes dantem cum plena auctoritate iterum recipiendi eas in suam potestatem (Ecclesia & Oratoriis exceptis, quæ sunt Sedis Apostolicæ.) Et si res prædictæ Dominum non habeant, vel Domini sint mortui, & aliud non ordinarunt, tunc sunt Sedis Apostolicæ. Nicol. III. §. Ad hæc & Clemens V. §. Proinde.

Et quia Ecclesia Romana proprietatem rerum necessariarū usibus Fratrum, & non superfluarū sibi assumit, sed prohibet omnem superfluita-

tē, abundantiam, thesaurizationem, provisionem, in futurū (id est pro necessitatibus incertis) Nicol III. §. Ad hæc, & Clemens V. §. Proinde: sequitur quod superfluitatū & curiositatū, &c. proprietas est Fratrum, & sic sunt proprietarii.

Proprietas pecuniæ manet semper penes eū, qui dedit, cum potestate libera revocandi sibi eam, donec expensa fuerit in necessitates Fratrum.

Sed pecuniæ, quæ Dominū non habēt, ut sunt indifferentes, & quæ offeruntur in Altaribus, aut quæ datæ sūt pro Mis-

Missis vel Officiis, aut aliter minutim datæ, ut frequenter contingit, à quarum proprietate dantes, ut plurimũ se privant, existimantes absolutè dare illas Fratribus: Sedes Apostolica taliũ non recipit proprietatem: quia solũ earũ rerum in se recipit proprietatẽ, quarum usum Fratrib9 habere licet Nicol. III. & Clemens V. uti supra.

Sed hoc certum est, quod neque proprietas denariorũ, neq; usus licitus est Fratrib9 Clemens V. §. Porro & dicit hanc esse intentionem S. Francisci. Cum ergo talium proprietas non sit Dominorũ

nec Ecclesiæ Romanæ, sequi tur quod sit Fratrum. Hinc videre est, quam sit magni periculi, tenere tot pecunias indifferentes in manibus Substitutorum, famulorum & aliorũ, qui nec substituti sunt, nec Syndici, vel in Sacrario, aut aliis locis & illas quæ offerũtur in Ecclesia pro Missis, vel Officiis & similes: quia male recipiuntur, pejus deponuntur & servãtur, & pessime expenduntur modis prohibitis, in res superfluas & curiosas, in oblectamenta sensualitatis, in cibis, vestitu, & ædificiis, & aliis frivolis.

Nunquam licitũ est Fra-

tribus quod pro necessitatibus futuris incertis & indeterminatis denarii sint depositi, vel pecunia, aut aliquomodo servati penes quẽcunq; sed solum pro determinatis, certis & necessariis, & hoc in manu proprii Domini, vel substituti ab eo: contra quem Fratres nec jus nec actionem habent in judicio, vel extra, sed solum possunt humiliter rogare, quod solvat. Gregor IX. Innoc. IV. Nicol. III & Pisanus.

Quando res vera necessitate necessaria haberi potest per viam eleemosynæ & ex mendicatu, nunquã licitũ est

Fratribus eam procurare per amicos Spirituales, nec per aliã provisionem pecuniariã: nec pro infirmis quidem, aut vestiendis Fratribus Nic.III. & Doctores Ordinis.

Unde frequenter multa emuntur, quæ mendicando invenirentur, & hoc, vel ut verecundiam declinent, vel ut majorem habeant abundantiã & superfluitatem, quod est contra Reguiã & Intentionẽ S. Francisci, videant sibi illi, qui emunt Rosaria curiosa, cultellos, & similes futiles curiositates, & sensualitates in esculentis &c. quia reddent rationem Deo & S. Francisco. Quan-

Quando in manibus amicorum Spiritualiũ vel Syndicorum (secundũ concessionem Martini V.) sunt eleemosynæ indifferẽtes non licet Fratribus aliam procurare satisfactionem, & parcere prædictis Nicol. III. § Cæterum cessantibus eleemosynis.

Non licet Fratribus procurare vel congregare pecuniarias eleemosynas per viam litis, & quæstionũ in judicio, & exactionum: nec svadere morientibus, ut legata faciant suis Conventibus nec facere compositiones pecuniarias in cõfessione ullomodo. Contrarium qui facit, in malo statu est.

Ducere secum Bursariũ S. Bernardinus ponit inter casus proprietatis sine ulla limitatione.

Ædificia excessiva sunt Fratribus omnino prohibita; & curiosa, & superflua. Clemens V. §. Hinc est enim.

Et S. Franciscus, ubi talia reperiebat, curabat dirui Et cum iret semel Bononiã, videns locum Fratrũ nimis magnum, noluit eo ire, sed se contulit in Conventũ Fratrũ Prædicatorum.

Paramẽta Ecclesiæ, Calices, & similia, dicit Clemẽs V. quod debent esse pauca, minimè pretiosa, & secundũ Sanctam Paupertatem.

Quantum ad argenti depositionem, dicit Alvarus, quod Prælati & totus Ordo simul, non possent dare licentiam, quod pecuniæ sint depositæ per Fratres, nec in particulari, nec & in communi nisi eo modo quo declarat. Cap. Exiit: & Clementina. Exivi.

De redditibus annuis dicit Clementina: Exivi, & Bartholus in Minorica, & Panormitanus Cap. Nimis prava titulo de excessibus Prælatorũ, quod Fratres nullo modo sint capaces.

Et dat exemplũ de legatis factis Hospitali S. MARIÆ de Scala de Sena cum perpe-

tua obligatione dandi certũ quid Fratribus, cujus Fratres non sunt capaces. Confirmat hoc Capistranus *Cap.* 6. Et hujusmodi legata sunt nunc in quam plurimis locis.

Dicit Clemens V. quod Fratres non debẽt aliqua ratione esse executores ultimarum voluntatũ, nec talẽ curam in se recipere: quia est contra Regulam, & scandalum sæcularibus.

Dicunt quatuor Magistri, quod quando Fratres volunt emere rem aliquã inevitabiliter necessariã, & non possũt illam habere per viam mendicationis, debent solum inqui-

rere

tere de valore, ut possint pro curare per amicos Spirituales satisfactionem (sic ut superius declaratum est) nec possuat facere pactū de pretio, aut dare dictum pretiū.

Vendere prohibitum est Fratribus, quia denotat proprietatē. Et quando contingeret rem aliquā, non necessariam amplius, nec utilem Fratribus vendi; potest eam vendere Syndicus, & pretiū commutare in alias veras necessitates Fratrū. Nicol. III. Cap: Exivit, qui sola hac ratione concedit Syndicum.

Mutuum dare, non est licitum Fratribus, quia proprieta-

tatem denotat, (nam mutuum, de meo fit tuum) Nicol III. §. Cæterum & quatuor Magistri. Locare res stabiles Fratribus non convenit, quia eas habere non possunt.

Sed possunt locare suas operas & nulla interveniente conventione, expectare mercedem suorum laborũ, ex discretione eorum, qui operam Fratrum postulant. Et non possunt recipere denarios vel pecuniam, sed tantũ victui necessaria. Clemens V. & quatuor Magistri.

Dare vel recipere sine licentia. Alvarus dicit esse actum proprietatis nec licitũ

Fra-

Fratribus. Possũt tamen res suis usibus concessas, cum licentia Prælatorũ, & eorum, qui sunt Domini earundẽ rerũ concedere aliis ad usum.

Dare & recipere res viles & exiguas in Ordine possunt cum licentia.

Sed recurrere ad pecuniã, & emere quidquam, ut donetur, diabolicũ est, nec Prælati talem licentiã dare possnnt; sicut nec ipsi, nec totus simul Ordo possent dare unum denarium dono, vel amore Dei. Hæc ille. Concordant Nicol: III. & Clemens V. quod bene advertant, qui ad pauca respiciunt.

Non

Non est licitum Fratribus mendicare superflua & delicata.

S. Franciscus dicebat mendicare superfluū, esse latrociniū. Concordat Scotus 4. Sent. dist. 16 quæst. 2 art 3.

Joannes Capistranus dicit non licere Fratribus distrahere, vendere, commutare, nec in satisfactionē, pro rebus emptis, dare res mendicatas Et quando superesset aliquid, debent reddere Domino, vel dare pro amore Dei. Et ideo peccant graviter plus mendicantes, quam necesse sit ad usum arctum & pauperem.

Ubicunq; sunt Fratres, qui sci-

ſcirent & cognoſcerent ſe non poſſe Regulam Spiritualiter obſervare: debent (præceptum eſt) & poſſunt (& impediri non poſſunt) ad ſuos Miniſtros recurrere.

Dicunt quatuor Magiſtri & Frater Hugo, ac S. Bonaventura, cum Piſano, quod non poſſe Regulā ſpiritualiter obſervare; eſt non poſſe obſervare ſecundum rigorē & puritatem, & ſine proxima occaſione ad peccatum, præſertim in rebus Spiritualibus, uti ſunt, cordis tranquillitas, & conſcientiæ puritas, vel ſecundum veram intelligentiam ſuæ perfectionis, quam

in

in ea exprimit Spiritus S. Hæc Patres Ordinis.

S. Franciſcus dicebat, id ſpiritualiter fieri, quod purè fit & religiosè ſecundũ ductũ ſpiritûs, & non carnis. Ideoq; ſunt pleriq; qui ſi corporaliter obſervant, non tamen ſpiritualiter, cum repleti ſpiritu erroris, contemnunt ſtatũ Ordinis, & ea quæ ſpirituales Fratres obſervant; & ſemper bonos judicant, nec putant eos vivere ſecundum Regulam.

Ubi ergo videretur Obedientia, Paupertas, Caſtitas, Charitas, & alia Regulæ eſſentialia periclitari, relinquẽ-
dus

dus est talis locus, & recurrendũ est ad Ministros.

Et (sicut dicit Martinus V. quando loco in quo morãtur annexa est proprietas, ut vineæ, campi, possessiones, vel annui redditus.

Vel curâ animarum, pueros baptizandi, & alia Parochialia faciendi.

Aut Domino reclamante, ubi morantur Fratres.

Aut quia propter necessariorũ penuriã oportet eos in Congregationibus vel quæstibus inhonestis contra Regulæ puritatem, & usum generalem Ordinis excedere.

Vel propter inhonestam

Socio

Societatem, seu insupportabilem Fratribus præsertim rudibus & infirmis.

Vel (secundū Ubertinū & serenam conscientiā) quando quo vilibus induantur & austere vivant secundū Regulæ preceptū impedirentur.

Vel quia loca habēt legata, & annuos redditus & proventus, aut collectas pecuniarias, aut alia inordinata & vetita.

Vel propter periculū pestiferæ Societatis Fratrū aliquorū Regulæ observantiam impedientium.

Vel quando tali loco esset annexū periculum mortiferæ distra-

distractionis, seu negationis ad temporalia propter offici um procurationis temporali- um sibi commissum.

Vel propter morã cõntinu am, vel conversationẽ cum aliquo sæculari Principe vel Prælato, ex qua periculũ sibi valde probabiliter viderent imminere, & quod vix vitare possent, nisi ab illo loco di- scederent.

Vel ubi de Statutis ad Re gulæ debitã observantiã per- tinentibus, quasi nihil serva- tur præsertim paupertatis.

Et sicut aliqui (inquit U- bertinus) audierunt ab anti- quis Fratribus, qui audierunt

à B.

à B. Francisco, & ab ejus Sociis, qui secum in datione Regulæ fuerant; quod una de principalibus causis, quare hic articulus sic fuit positus, erat. Quia B. Franciscus vidit per revelationē Divinā relaxationē transgressoriam contra articulū Paupertatis; & propterea expressè prædixit, quod aliqui Prælati ad transgressionē ipsā non intueates Fratribus, quo ad illam, vellent tyrānicè imperare: quod ne fieret voluit prohibere.

Tunc Ministri charitativè & benignè eos recipiant, qui pro istis & similibus casibus ad eos recurrunt; & tantā familiæ

miliaritātē habeant circa ipsos, per inde ac si essent servi Fratrum.

S. Bonaventura dicit, quod Prælati (in hoc casu) non debent dicere aliquid Fratrib9 factorum, deponentes omnia illa, quæ demonstrant actum denominationis.

Et Patres Ordinis dicunt, quod in tali casu subditi possunt imperare Prælatis, & eos cogere, & deponere, quando contrariū faciunt, quia tenentur illis servire in observatione Regulæ. Hic est data maxima libertas bonis Fratribus, & cum zelo desiderātibus observantiā Regulæ,

con-

conferēdi in opus, & deducē-di in effectū bonam suam voluntatem de ea observanda.

Et quia hæc S. libertas erat impedita, Dominus noster JESUS Christus, & P.N. S.Franciscus, providerunt fidelibus servis suis de hac reformatione Fratrū Minorum.

DOCUMEMTA D. BONAVENTURÆ.

Cuilibet volenti proficere utilissima.

In Conventu Fratrū Minorum Parisiis conversante B. Bonaventura, tunc Generali Ministro, quidam Juvenis Frater bonæ indolis, & ei sa-

tio

tis familiaris, accessit ad eum semel, & devotè rogavit, ut sibi exponere dignaretur, quomodo juventus sua posset in Sacro Ordine Minorum conservari sine macula, & ad vitam proficere meliorem. Cui S. Bonaventura cum magno suspirio respondit: Fili mi juvenis, si vis sine macula & quærela usq; in finem conservari in Religione, hæc tibi sex documenta reconde in animo.

Primum. Ut circa orationem & S. lectionem jugiter vigiles: quæ duo ut explere possis, & ea non perdere, Ecclesiã valde frequenta die ac no-

nocte, cellam visita super omnia, ita quod extra eā nunquam inveniaris otiosus, sed semper finito officio, vel comestione, vel alterius obedientiæ mandato, oculis inclinatis te ibi recolligas.

Secundum. Circa honestatem cordis, & omniū sensuū corporis, super omnia stude: quod ut implere valeas, nunquā cum aliqua persona specialem familiaritatem habeas, sed omnibus sis communis ita quod nullus possit dicere te nisi communē, & nulli specialem.

Tertium. Circa custodiā linguæ studiosissimus esto, ita quod

quod nunquam (quando stas cum aliis) loquaris nisi necessaria & hoc requisitus, nec laudes vel vituperes aliquem, absentem vel præsentem.

Quartum. Sis summè sollicitus, dùm loqueris cũ aliquo ne unquàm referas vel loquaris de his, quæ audis ab aliis, nisi talia sint ædificatoria.

Quintum. Versetur in corde tuo frequenter Passio JESU Christi, memoria Beneficiorũ DEI, peccatorũ tuorũ, gaudiorum paradisi, pœnarum inferni, tribulationum & miseriarum totius mundi.

Sextum. Sis sollicitus non judicare in corde tuo, aut ore

aliquem: nisi te ipsum: & non detrahas alicui, vel de aliquo murmures: sed magis excusa quantũ potes sine peccato & mendacio. Hæc faciens, salvaberis, & evades pericula inter Fratres & homines.

Duodecem Gradus Humilitatis, ad quos unusquisq; Religiosus perfectè vivere studens tendere debet.

PRimus est. Ut timorem Dei sibi ante oculos sẽper ponens, oblivionem omnino fugiat, & semper sit memor omnium, quæ præcipit Deus, & qualiter cõtemnentes Deum in gehennam pro peccatis incidunt: & vitam æternam, quæ

quæ timentibus Deum præparata eſt, animo ſuo ſemper revolvat. Et cuſtodiens ſe omni horâ à peccatis & vitiis id eſt cogitationũ, linguæ, oculorum, manuũ, pedum, vel voluntatis propriæ, ſed & deſideria carnis amputare feſtinet. Exiſtimet ſe homo de Cœlis à Deo ſemper reſpici omni horâ, & facta ſua in omni loco ab aſpectu Divinitatis videri, & Angelis omni horâ Deo nuntiari: quia teſte David *Pſal* 7. ſcrutans corda, & renes Deus: & Dominus ſcit cogitationes hominũ, quoniam vanæ ſunt, & item: Intellexiſti cogitationes me-

as de longè, & cogitatio hominis confitebitur tibi.

Secundus est. Ut propria quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere: sed vocem illam Domini factis imitetur, dicētis: Non veni facere volūtatem meā, sed ejus qui misit me.

Tertius est. Ut quis pro Dei amore in omni obediētia se subdat majori, imitās Dominū, de quo Apostolus dicit: Factus obediens usq; ad mortem.

Quartus est Ut in ipsa obedientia duris & contrariis rebus; vel etiam quibuslibet

irrogatis injuriis tacitâ conſcientiâ patientiā amplectatur, & ſuſtinens non laſſeſcat, vel diſcedat; dicente Scripturâ: Confortetur cor tuū, & ſuſtine Dominum.

Quintus eſt. Ut omnes cogitationes malas cordi ſuo advenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa, per humilē confeſſionē Prælato non celaverit ſuo. Quia teſte Propheta: Dixi, confitebor adverſū me injuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietaté cordis mei.

Sextus eſt Ut omni vilitate & extremitate contentus ſit Religioſus, & ad omnia,

quæ ſibi injunguntur; operariũ ſe malum judicet & indignũ, dicens cum David: Ad nihilum redactus ſum, & neſcivi, ut jumentũ factus ſum apud te, & ego ſemper tecũ.

Septimus. Ut omnibus ſe inferiorẽ & viliorẽ non ſolũ ſua lingva pronuntiet, ſed etiam intimo cordis credat affectu humilians ſe, & dicens: ego ſum vermis & non homo, opprobriũ hominũ, & abjectio plebis.

Octavus. Ut nihil agat Religioſus, niſi quod cõmunis Monaſterii Regula, vel Majorũ cohortantur exempla.

Nonus. Ut lingvam ad loquen-

quendũ prohibeat, & taciturnitatem habens uſq; ad interrogationẽ non loquatur: quia in multiloquio non effugies peccatum, nec vir linguoſus dirigetur in terra.

Decimus. Ut non ſit facilis ac promptus in riſu, quia ſcriptum eſt: Stultus in riſu, exaltat vocem ſuam.

Undecimus. Ut cum loquitur leniter & ſine riſu, humiliter, & cum gravitate, vel pauca verba & rationabilia loquatur, & non ſit clamoſus in voce, ſicut ſcriptũ eſt; Sapiens verbis innoteſcet paucis.

Duodecimus. Ut non ſolũ corde, ſed etiam ipſo corpo-

re humilitatem videntibus se semper indicet, id est, in opere, in Monasterio, in Oratorio, in Horto, in via, in agro, vel ubicunq́, sedens, ambulãs, stans, inclinato sit semper capite, defixis in terram aspectibus, reum se omni horâ de peccatis suis existimans, jam se tremendo Judici Deo præsentari existimet, dicens cum publicano semper illud sibi in corde, fixis in terram oculis: Domine non sum dignus ego peccatòr oculos meos ad Cœlum levare, & cum Propheta: Incurvatus sum, & humiliat9 sum usquequaq;.

Quinq;

Quinq; Praxes, seu actus Humilitatis.

I. ma nesciri, & pro nihilo reputari

II. Nihil unquam facere, aut dicere, ut propriam inde laudem referas.

III. Sufferre injurias & dura verba.

IV. Amare & gaudere, quod defectus tui per alios aliis aperiantur.

V. Omnes meliores & superiores reducere.

Tres gradus Obedientiæ.

PRimus est Obedientia voti quod factũ est in Professione; sed multi inveniuntur, qui quamvis operibus exteri

oribus votum obedientiæ impleant, tamen ostendunt multis signis se ad hoc involuntarios, nec Superioris volũtatem perficere cupiunt: sed ut Superior juxta illorũ voluntatem jubeat, exoptant; alioquin rebelles sunt, murmurant, atq; se excusant, talibus votum Obedientiæ, laqueus damnationis factum est: quia D. Bernardus dicit, quod qui occultè vel apertè satagit, ut quod ipse vult, hoc ei Prælatus injungat, ipse se seducit & frustra sibi blanditur de Obedientia Prælatorũ.

Secundus Est Obedientia conformitatis, cum quis non

tantũ operibus foris obedit, sed etiam voluntatẽ suã perfectè sui Superioris voluntati cõformat, in nullo se involũtariũ ostendendo, vel excusando, vel querulando sibi esse nimis grave vel durum factu, etiamsi quandoq; appareat contrariũ esse sensibus & naturæ. Hæc Obedientia, licet operibus perfecta sit, in intentione tamen frequenti imperfecta est; ut cum ex timore obediunt, ne reprehendantur, vel non amentur, aut ne indignationẽ Superiorũ incurrant: sed è contra obediunt, ut Superioribus placeat, ab ipsis chari pendantur, lau-

dentur, exaltentur, vel amētur, ita quod purè solus Deus finis eorum non est, sed quiddam humanū in illo quærunt. Omnia Obedientiæ opera eatenus exercenda sunt, ut per veniamus ad majorē misericordiā, complacentiā, gratiā, & familiarem vel secretam dilectionem DEI.

Tertius. Est Obedientia unionis, hoc est, ut aliquis non solum obediens existat opere & voluntate, verum etiam omnis modus, & causa voluntatis suæ unitus sit voluntati præcipientis aut desiderantis. Atq; hæc Obedientia propriè respicit Deum,

quia hæc illi à charioribus &
familiarioribus in õnibus ope-
ribus excludetur, ſive proſpe
ris, ſive adverſis, & omnia ex
abyſſalis amoris & miſericor
diæ Dei ordinatione proveni-
re fatentur, & ſummo affectu
ſuſcipiunt, ſive confuſiva, da-
mnoſa, tædioſa, vel pænoſa
fuerint. Verum in hac reſi-
gnatione voluntatis ac dereli
ctionis, multi ſunt gradus:
quia multi reperiũtur, qui pa
rati ſunt ſuſcipere, quidquid
Deus forinſecus circa eos fie
ri permiſerit, dummodo inter
na gratia, ſenſibili amore, &
ſpiritus dulcedine eos frui
permittat, quo ſolatio inter-

no facilè omnē adversitatem sufferre possunt: & isti sunt adhuc in amore Dei infirmi. Supremus gradus resignationis voluntatis in placidissimā voluntatē Dei, est, quod voluntatis libertas perfectè moriatur propter amorē DEI, omni propriæ actionis sentimento, & tam citò & perfectè Divinam voluntatē sequatur in omnibus, quæ sibi evenire possunt in tempore & æternitate, quemadmodū umbrā sequitur med ū, unde causatur.

Septem Proprietates veræ Obedientiæ.

PRimo. Obedire *libenter* sine

ne recalcitratione: quemadmodũ Paulus Domino obedivit, dicens: Domine, quid me vis facere? Nam Deus non acceptat coacta servitia. Unde inquit Bernardus: verus obediens mãdata non procrastinât, sed parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum intus colligit, ut mandatũ peragat imperantis.

2 Obedire *simpliciter*, sine simulatione, sicut David dicebat: Ut jumentũ factus sum apud te. Et ut Bernardus ait: Verus obediens non attendit, quale sit, quod præcipitur; hoc solo contentus, quia præcipitur.

tur. Ille enim proprie obedit simpliciter, qui pro solius Dei gloria & honore, non alio privato lucro, hic vel in futuro, percipiendo obedit.

3 Obedire *hilariter* sine murmuratione, non ut Simon Cyrenæus, quem angariaverunt ad portandam Crucem. Nam hilarem datorem diligit Deus, 2 *Cor* 9. Ut igitur cum hilaritate obedire queas, multum amare discas: amor siquidem omnia reddit facilia.

4. Obedire *velociter* sine procrastinatione sicut Petrus & Andreas, qui audita Domini voce, relictîs rebûs omnibus, secuti sunt eum; non e-

nim

nim moras novit vera obedientia, ſed ad omnia prompta atq; parata eſt, magiſq; propenſã ſe ſentit ad exequẽdũ ea, quæ ſibi præcipiuntur, quã quæ ſua ſuſcipit volũtate

5. Obedire *viriliter*, ſine æſtimatione, quẽadmodũ Petrus, qui dixit: Domine paratus ſum tecum in carcerẽ, & in mortem ire.

6. Obedire *humiliter* ſine elatione, quia dixit Dominus: Cũ feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite quia adhuc ſervi inutiles ſumus. Obedientia enim humilitatis, filia eſt.

7. Obedire *perſeveranter*,

ſine

ſine diſcõtinuatione; exemplo Chriſti, qui factus eſt obediens uſq; ad mortẽ: quia nullũ eſt bonũ ſine perſeverantia. Unde Bernardus: in ipſa Obedientiæ via tibi fortaſſis aliqua dura & aſpera occurrere poſſunt, ut accipias interdũ præcepta nonnulla, quæ licet ſalubria ſint, minus tamen ſvavia eſſe videntur. Hæc ſi moleſtè cæperis ſuſtinere, ſi dijudicare Prælatũ, ſi murmurare in corde, etiamſi exterius impleas, quod jubetur, non eſt virtus obediẽtiæ, ſed velamen malitiæ. Nota, magnum eſſe atq; laudabile, Superioribus propter Deum obedire, mul-

to tamen majus est æqualib9, maximũ autem, inferioribus Dei causa obtemperare istud quippe mortificationem, ac humilitatẽ majorem exigit. Quod tamen non ita accipiendũ est, quasi inferioribus cõtra Superiorũ jussa parere debemus: aut quasi verus humilis aliquẽ se minorem, vel inferiorẽ, aut viliorẽ, vel contemptibiliorem debeant ducere. Attamen pro status dignitate, Sacerdos major est homine plebejo & Subdiaconus Prælato, ac sene juvenis, inferiores sunt. Alter enim verus humilis, aliquẽ se viliorẽ inferiorẽve habere nõ potest, nisi pro statuũ cõditione.

DUÆ REGULÆ S. BERNARDI,

Ad perfectionem consequendam perutiles.

Si plenè vis assequi quod intẽdis, duo sunt tibi necess.

PRimum est. Ut subtrahas te ab omnibus rebus terrenis, ut nihil de iis cures, ac si non essent.

Secundum. Ut ita te des Deo, ut nihil dicas vel facias, nisi quod credideris firmiter DEO placere.

Primum assequeris hoc modo.

PRimo. Omnibus in rebus omnibus modis, quibus potes, te vilifica nihil reputando te esse, firmiterq; credas omnes

nes homines meliores & sanctiores esse, atq; magis placere DEO quam tu.

2. Quæcunq; audieris, vel videris de Religiosis & famosis personis, puta semper bonâ intentione fieri vel dici (licet tibi contrariũ appareat) sæpè enim humana suspicio fallitur.

3. In omnibus te exhibe, ut nulli unquã displiceas, aut damnũ, vel cõturbationes afferas.

4. Nihil de te loquaris, quod in tui laudẽ vertatur, etiamsi sit tibi maxima familiaritate conjunctus ille, cum quo loqueris; imo plus labora celare virtutes quam vitia.

5. De nullo prorsus sinistrè loquaris, quantũcunq; sit verũ vel manifestũ, nisi in Cõfessione, & hoc ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum.

6. Libentius accommoda aurẽ tuam cum aliquis laudatur, quam cum vituperatur.

7 Cum loqueris, verba tua sint rara, vera, ponderosa, & de DEO.

8. Si aliquis proponit verba jocosa & inutilia, quã citius potes, succinde sermonẽ, & verte in alios, qui sint DEI.

9. Quidquid contingat & tibi vel aliis quãtumcũq; conjunctio, non cures si adversũ

est,

eſt, non triſteris, ſi proſperũ eſt, non læteris, ſed totũ nihil puta, & lauda DEUM.

10. Sollicitudinem adhibe, quantũcunq; potes, ut utilitati tuæ ſedulus intendas.

11. Fuge locutoria quantũ potes, locutũ fuiſſe enim aliquãdo nocuit tacuiſſe nũquã.

12. Quando aliquid tibi in aliquo diſplicuerit, cave, ne id in te vigeat, & ſi eſt, à te divelle, ſi virtutes videbis, aſpice te, & ſi eas poſſideas, conſerua, Deo gratias agẽs, ſi nõ, ſtude ut habeas eas, & ita omnia ſint tibi in ſpeculo, in quo proſpiciens ſcias reprobare malũ, & eligere bonum.

13. De nulla re murmures cum aliquo quamvis patẽter malo, si potes corripe inter te & ipsum solum delinquentẽ, si non; ora DEUM pro eo.

14. Nunquã pertinaciter aliquid affirmes vel neges, sed sint tuæ affirmationes & negationes, dubitationes sale conditæ, ut nullus de te dolere possit.

15. A cachinis, scurrilitate semper abstine, rideas vero raro & cum paucis præsta os tuũ, & sint locutiones tuæ veræ nõ ambiguæ, & æquivocæ.

Secundum assequeris hoc modo.

PRimo. Orationibus cũ magna

gna devotione intendas, & eas dicere labora horis debitis, & quod offers in oratione reminiscaris in corde, & ut ea quæ legis, conformes, diligenter recogita, & eorum imagineris statũ, in quorum memoria hæc dixeris, cogita quam magna sit dulcedo domûs Domini, à cujus ubertate inebriantur Electi, quorũ intercessionibus te ipsum commenda.

2. Ista tria sẽper in mente habeas: quid fuisti? quid es? & quid eris? quid fuisti? nisi sperma fœtidum, quid es? nisi vas stercorum, quid eris? nisi esca vermium.

3. Hæc quatuor sẽper præ

oculis habe: mortem, judicium, infernum, paradisum, similiter imagineris tibi damnatorum pœnas intolerabiles in inferno, quæ nunquam finientur, & pro modica delectatione, tanta mala patiuntur.

4. Animo revolve delicias paradisi perpetuo duraturas abundè iis concessas, qui fideliter DEO servierunt in modico.

5. Cum habes aliquid, quod tibi displicet, & molestas, vel times habere, cogita quod si esses in inferno & hoc ipsum, & quidquid nolles, sustinere deberes.

6.

6. Et cum habes aliquid, quod tibi placet, vel optas habere, cogita, quod si esses in Paradiso, haberes illud, & quidquid velles, si autem in inferno, nec illud, nec aliud quod velles haberes.

7. Quandocunq; est Festum alicujus Sancti, lege vitam & gesta ipsius, & considera, quod brevi adeptus sit gloriam, quod transierint in ictu oculi tormenta & pœnitentiæ ipsius cum lucro æternæ felicitatis.

8 Simili modo cogita, quomodo deliciæ & voluptates peccatorum cum mercede infinitæ infelicitatis, hi

cum istis parvis gaudiis pœnam æternam, illi cum tormentis adepti sint vitam æternam.

9. Cum otium te premit, scias quod si damnati possent ab inferis revocari pro minimo temporis spatio ad pœnitendum, mille mundos libentissimè darent.

10. Cum habes aliquas tribulationes, cogita quod illi, qui sunt in paradiso, careant iis, similiter cum habes aliquas consolationes, cogita illos, qui sunt in inferno, quod illis careant.

11. Omni die, cum vadis dormire, examina diligenter, quid

quid cogitasti, quid fecisti, quid dixisti in illo die, & quomodo utile tempus & spatium, quod datum est ad pœnitendum, & acquirendum vitam æternam dispensasti. Et si bene transegisti, lauda DEUM, si male & negligenter, luge, dole, & non differas confiteri si aliquid fecisti, dixisti, cogitasti, quod tuam conscientiam remordeat, non capias cibum aut somnum, antequam confitearis.

18. Tandem fac tibi duas civitates, unam omnium bonorum, quæ dari & imaginari possunt plenam, in qua pe-

rēniter ſis habitatur, & hæc eſt Paradiſus.

Alteram inexplicabiliter ex omnibus malis conſtructam, de qua nulla exeundi ſit redemptio, & hæc eſt infernus. Una ex his neceſſario tibi paratur, ſi bene vixeris, bona paradiſi habebis, ſi male, mala inferni te excipient.

Si has Regulas ſæpè, & ſæpiùs perlegeris, Spiritus Sanctus, qui illuminat corda hominum, & docet homines ſcientiam, ſuperveniet in te & requieſcet in anima tua, atq; ad omnia hæc facillimè perpetranda te erudiet, mo-

dica ne ſpernas, lege & age ad laudem & gloriam Omnipotentis DEI Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Incitamenta ad bene vivendum & moriendum.

Unum porro eſt neceſſarium *Luc.* 10

1. Animam habes *unicā*, quæ ſi ſemel perierit, aliam ſubſtituere non poteris.

2. *Morte* morieris *unicâ* certiſſimâ, modo & horâ incertiſſima; ſi mors hæc mala fuerit, actum eſt.

3. *Judicium* habes *unicum*, coram quo ſi cauſa cadis,, appellare ad aliud non potes.

4. *Cœlum* speras *unicum*, à quo si exclusus fueris (*&* *arcta est janua*) Infernus te certo manet.

5. *Æternitas* sequitur *unica*, quæ si non fuerit felix, per infinita sæcula infelicissimus eris.

6. *Sententiam* audies *unicam*; si non hanc: *Venite Benedicti*, necessario illam: *Ite maledicti*.

7. DEUM habes *unicum*; Cui si non servis, hoc ipso diaboli mancipium efficeris.

8. JESUM *Salvatorem* habes *unicum*, quem si vocantem non audieris, ipse in interitu tuo flebiliter ridebit.

9. *Unum* deniq; est *necessarium*: aut *bene* æternum, aut *male*. Tu, ut bene tibi sit *æternum*, dum tempus est, *bene vive & vale*.

Duæ Claves Aureæ Cælum aperientes videlicet
Charitas & Contritio.

Usus primæ Clavis Charitatis.

O Magne & amabilis DEUS, Te amo super omnia Te diligo ex toto corde ex tota anima, & ex omnibus viribus meis; & firmissimè propono omnia mandata tua implere, omniaq; te adspirante peccata vita-

re; & hoc non alia de causa, quam ob immensā perfectionem, incomprehensam potentiam, altissimam Sapientiam Infinitam Bonitatem tuam; sive propter temetipsum, & quia omni amore dignissimus es, o Fili! o Spiritus Sancte! o Sanctissimā Trinitas! o DEUS meus! & omnia.

Brevius.

O Amabilissime JESU amor meus, pro me Crucifixe, amo te super omnia ob infinitam Bonitatem, omnesq; perfectiones Tuas Divinas, & si possem omnium Angelorum & Sanctorum

runi amore Te amarem; nam omni possibili amore dignissimus es.

Usus alteræ Clavis Contritionis.

O Clementissime & piissime DEUS, doleo ex toto corde meo, quod Te amabilissimum DEUM ac Summum bonum meum, quem super omnia amo, tot peccatis meis offenderim! Vellem ex animo, ut Te nunquam offendissem. Detestor, & abominor omne peccatum à me unquam commissum, & propono firmiter cum Divina gratia Tua non amplius peccare,

omnesq; peccandi occasiones devitare: ea vero, quæ contra immensam Bonitatem Tuam commisi, ritè confiteri, & pœnitentiam, quæcunq; mihi injungetur implere. Demum in satisfactionem peccatorum meorum offero Tibi passionem dilectissimi Filii Tui Domini Nostri JESU Christi, merita B. MARIÆ Virginis, & omnium Sanctorum, atq; opera mea omnia, & totam vitam meam: sperans in bonitate ac misericordia tua infinita, quod per merita pretiosissimi Sanguinis, ac Sanctissimæ Passionis Fi-

lii Tui mihi remissurus sis omnia delicta mea & gratiam uberem largiturus, quâ vitam meam emendare, Tibiq; perfectè usq; in finem servire valeam, Amen.

Brevius.

O JESU! doleo ex amore Tui, quod offenderim Te peccavi! o quam doleo ex solo in Te amore!

Usus utriusq; Clavis simul.

UNice amor meus JESU Christe, Te diligo super omnia, propter temetipsum o DEUS meus! & cur unquam peccavi? Ah! doleo ex totis medullis animæ meæ me infinitam Majestatem

tem Tuam offendiſſe; quia Tu es DEUS. O parce propter Temetipſum.

Brevius.

O JESU amo Te! & ex toto corde meo doleo, quod unquam offenderim Te.

PRÆPARATIO AD MISSAM

Secundum Missale Romanũ.

GREGORIUS XIII *Pont: Max. cuilibet Sacerdoti infrascripta verba dicenti concessit quinquaginta annorum indulgentiam.*

EGo volo celebrare Missam, & conficere Corpus & Sanguinem Domini nostri JESU Christi, juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem Omnipotentis DEI, totius Curiæ triumphantis, & ad utilitatem meam totiusq; Curiæ mili-

tantis, pro omnibus, qui ſe commendáverunt orationibus meis in genere & ſpecie, & pro felici ſtatu S. Romanæ Eccleſiæ, Amen.

GAudium cum pace emendationem vitæ, ſpatium veræ pœnitentiæ, gratiam & conſolationem Sancti Spiritûs, perſeverantiam in bonis operibus, tribuat nobis Omnipotens & miſericors Dominus, Amen.

ACCESSUS ad MISSAM pro opportunitate Sacerdotis faciendus.

Antiph: Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neq;

vin-

vindictam sumas de peccatis nostris.

Psalmus 83.

QUam dilecta tabernacula Tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultaverunt in Deum vivũ.

Etenim passer invenit sibi domum: & turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos.

Altaria Tua Domine virtutum: Rex meus & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo Tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt Te.

Beatus vir, cujus est au-

xilium abs Te: ascensiones in corde suo dispoſuit in valle lachrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit Legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciem Chriſti Tui.

Quia melior eſt dies una in atriis Tuis: ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in do-

domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum beatus homo, qui sperat in Te.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 84.

BEnedixisti Domine terram Tuam: avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis Tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mi-

Mitigasti omnem iram Tuam: avertisti ab ira indignationis Tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster: & averte iram Tuam à nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis: aut extendes iram Tuam à generatione in generationem?

Deus Tu conversus vivificabis nos: & plebs Tua lætabitur in Te.

Ostende nobis Domine misericordiam Tuam: & salutare Tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super Sanctos suos: & in eos, qui convertuntur ad cor.

Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obviaverunt sibi: justitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & justitia de Cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 85.

INclina Domine aurem Tuam & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum: salvum fac servum Tuum, Deus meus sperantem in Te.

Miserere mei Domine, quoniam ad Te clamavi totâ die: lætifica animam servi Tui, quoniam ad Te animam meam levavi.

Quoniam Tu Domine svavis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus invocantibus Te.

Auribus percipe Domine ora-

orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad Te: quia exaudisti me.

Non est similis Tui in diis Domine: & non est secundum opera Tua.

Omnes gentes quascunq; fecisti, venient & adorabunt coram Te Domine: & glorificabuut Nomen Tuum.

Quoniam magnus es Tu, & faciens mirabilia, Tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via Tua, & ingrediar in veritate Tua: lætetur cor meum, ut timeat Nomen Tuum.

Con-

Confitebor Tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo Nomen Tuum in æternum.

Quia misericordia Tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me: & Synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Te in conspectu suo.

Et Tu Domine Deus miserator & misericors: patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me & miserere

æ mei: da imperium Tuum puero Tuo, & salvum fac filium ancillæ Tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam Tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 115.

CRedidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus, quæ retribuit mihi.

Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine quia ego ſervus Tuus: ego ſervus Tuus, & filius ancillæ Tuæ.

Dirupiſti vincula mea, Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & Nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus: in atriis Domûs

Do-

Domini in medio Tui Hierusalem

Gloria Patri, &c.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad Te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures Tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit.

Quia apud Te propitiatio est: & propter legem Tuam sustinui Te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino:

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus

Gloria Patri, &c.

Antiph: Ne reminiscaris Domine delicta nostra vel parentum nostrorum neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

℣.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ego dixi Domine miserere mei.

℟. Sana animam meam, quia peccavi Tibi

℣. Converte Domine aliquantulum.

℟. Et deprecare super servos Tuos.

℣. Fiat misericordia Tua Domine super nos.

℟. Quemadmodum speravimus in Te.

℣. Sacerdotes Tui induantur justitiam.

℟. Et Sancti Tui exultent.

℣. Ab occultis meis munda me Domine.

℟. Et ab alienis parce servo Tuo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad Te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu Tuo.

Oremus

AUres Tuæ pietatis, mitissime Deus inclina precibus nostris, & gratiâ Sancti Spiritûs illumina cor nostrum, ut Tuis mysteriis dignè ministrare, Teq; æterna charitate diligere mereamur.

De-

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem Sancti Spiritûs cogitationes cordis nostri: ut Te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

Ure igne Sancti Spiritûs renes nostros & cor nostrum Domine: ut Tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui à Te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut Tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritûs Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritûs illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras quæsumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster JESUS Christus Filius Tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui Tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs

San-

Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Ad B. Virginem ante Missam.

ORATIO.

O Mater pietatis! o Inventrix gratiæ,! Genitrix salutis æternæ Beatissima Virgo MARIA, ego miser, & indignus peccator, ad Te confugio toto corde & affectu, & precor Tuam dulcissimam pietatem, ut sicut dulcissimo Filio Tuo in Cruce pendenti astitisti; ita & mihi misero peccatori, & Sacerdotibus omnibus, hic & in tota Sancta Ecclesia offerentibus, hodie cle-

menter aſſiſtere digneris, ut Tua gratiâ adjuti, dignam & acceptabilem hoſtiam, in conſpectu Summæ & Individuæ Trinitatis offerre valeamus, Amen.

Oratio ad Sanctum, cujus eo die feſtum celebratur.

O Sancte N. ecce ego miſer peccator de Tuis meritis confiſus, offero nunc Sacratiſſimum Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini noſtri JESU Chriſti, pro Tuo honore & gloria: & precor Te humiliter ac devote, ut pro me hodie intercedere digneris, quatenus

tenus tantum Sacrificium dignè, ac meritoriè offerre valeam, cumq; Tecum, & cum omnibus Electis ejus æternaliter laudare, & cum eo regnare valeam, Amen.

Ad omnes Angelos & Sanctos.

Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, virtutes Cœlorum, Cherubim, & Seraphim; Omnes Sancti & Sanctæ Dei, & præsertim Patroni mei, intercedere dignemini pro me, ut hoc Sacrificium Deo Omnipotenti, dignè valeam offerre, ad laudem & gloriam no-

minis sui, & ad utilitatem meam, totiusq; Ecclesiæ suæ Sanctæ, Amen.

Actus oblationis, vel puræ Intentionis.

PRæterea Domine mi, in unione illius ardentissimi amoris, & purissimæ intentionis, cum qua Teipsum nobis dedisti in cibum in ultima Cœna, atq; in ara Crucis obtulisti Teipsum in Sacrificium: offero Tibi Domine hoc meum Sacrificium & cum eo me ipsum totum, in sempiternum Tuum honorem & gloriam. Atq; in locum exiguæ meæ præparationis, & modicæ devo-

tio-

tionis, offero illam profundam humilitatem, charitatem & puritatem cum qua Tua Sacratissima Mater, ac cæteri Tui devoti servi, ad hoc Divinum accesserunt Sacramentum, & cum qua Tui Sancti Apostoli, & reliqui Tui Sancti Sacerdotes à principio Tuæ Institutionis, usq; in præsentem diem Tibi obtulerunt, & de præsenti Tibi offert universalis Ecclesia Catholica, Amen.

Conclusio longè efficacissima post Missam
Ex S. Gert. L. 5. C. ult.

Hoc igitur SS. Sacramentum;

tum, ô Christe JESU, quod ex intimis Tui amorosi Cordis produxit efficax dulcedo Tuæ investigabilis divinitatis; quodq; mihi tam benignè modo communicasti, offero Tibi ex affectu totius universitatis, in unione illius excellentissimæ charitatis, qua Tu Altissimi Patris Unigenitus omnem influxum Divinitatis, qui in Tuam Deificatam Humanitatem descendit, cum plena gratitudine, offerens refudisti in abyssum originis Tuæ, orans cum desiderio & affectu omnium creaturarum, ut ipsum Tibi intrahas per affe-

affectum ſvaviſſimi ſpiritûs Tui in laudem æternam, immenſam & incommutabilem, quam inſcrutabilis ſapientia Tua altiſſimè cognoſcit, ſuperexcellentem Dei Patris Omnipotentiam concedere, ac inæſtimabiliter ſvaviſluam Spiritus Sancti benevolentiam oblectare. Necnon in plenè ſufficientem gratiarum actionem omnis boni & gratiæ, quam per idipſum operatus es, & in æternum operaberis in corde & anima ipſum recipientis. Item & in dignam emendationem omnium, in quibus negligen-
tius

tius studium, praeparatio & devotio mea omisit idipsum dignè suscipere. Et demum in summam gratiarum actionem, quod incomprehensibilis bonitas Tua, me extremae vitalis vermiculum ad mittere dignata est ad regale Convivium Cœlestium deliciarum Tuarum. Pro quo, cum in nullo parvitas mea Tibi respondere possit, offero Tibi Cor Tuum dulcissimum, ac unicè dignissimum in ea dignitate, qua plenum est Divina gratitudine, ac omni modo beatitudinis perfectione superexcellens in perpetuum, Amen.

Orationes aliæ post Communionem.

GRatias ago Tibi benignissime Domine JESU Christe, qui me vilissimum peccatorem admittere dignatus es ad splendidum, vivificumq; Sacræ Mensæ Convivium. O bone JESU, dilecte mi, charissime Sponse, unica spes, & vita animæ meæ! ô dulcedo cordis mei! ô æternum bonum meum, mellifiue JESU! uni me *T*ibi intime ad gloriam Nominis Tui. Heu mihi Domine JESU, quia nimis indignè complevi hoc Sanctum Sacrificium! Miserere mei, i-

gno-

gnosce mihi; ego, quod egi, commendo mellifluo Cordi Tuo emendandum, ad æternam gloriam Tuam, & ad salutem omnium. Responde, satisfac, supple pro me plenissime, Amen.

Anima Christi sanctifica me,
Corpus Christi salva me,
Sanguis Christi inebria me,
Aqua lateris Christi lava me,
Passio Christi conforta me,
O bone JESU exaudi me,
Intra vulnera Tua absconde me,
Et ne permittas me separari à Te,
Ab hoste maligno defende me,
In

In hora mortis meæ voca me
Et jube me venire ad te,
Ut cum Sanctis Tuis laudē
Te,
In sæcula sæculorum, Amen.

Plasuspiria post Missam.

INveni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Te, mi JESU amplector, & amoris mei gaudium obtineo. Te Cordis mei thesaurum comprehendo, in quo omnia possideo. Sentiat, obsecro, mens mea virtutem præsentiæ Tuæ: gustet, quam svavis sis Domine, ut amore Tui capta nil extra Te quærat, nil diligat, nisi propter Te Tu

es Rex meus, ne obliviscaris inopiæ & tribulationis meæ. Tu es Judex meus, parce peccatis meis, & miserere mei. Tu es medicus meus, sana omnes infirmitates meas. Tu es Sponsus animæ meæ, sponsa Te mihi in sempiternum. Tu es Dux & Defensor meus, pone me juxta Te, & cujusvis manus pugnat contra me. Tu victima pro me factus es, & ego Tibi sacrificabo hostiam laudis. Tu Redemptor meus es, redime animam de manu inferi, & salva me. Tu es Deus meus & omnia. Quid enim mihi est in Cælo,

& à

& à Te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

ORATIO,
qua petitur unio cum Christo

GRatias ago Tibi ex toto corde meo Bonitas effusissima, abyssus infinitæ misericordiæ, qui tam indigenti servo Tuo, omne bonum in Te ipso conferre, qui tam indigno peccatori, fructum passionis & mortis Tuæ cum Corpore & Sanguine Tuo Sanctissimo tam amanter applicare voluisti: gratias ago Tibi de tanto beneficio.

tam singulari, & de charitate illa inæstimabili, quâ id mihi contulisti: & precor eandem bonitatem Tuam, ut Tua ipse dona in me conserves & augeas, ad honorem & gloriam Tuam, sollicitam sensuum & linguæ, & cogitationum custodiam tribuendo, ut in me Tibi nihil displiceat. strenuè operari ex puro & ferventi amore Tuo, quæ ad honorem Tuum, & proximorum salutem sunt, concedendo: ut in omnibus actionibus meis Tibi placeam, ut nunquam a me separari velis qui tam dignanter & intimè Te mi-

hi conjunxisti, donec in unione Beatissimæ gloriæ Tuæ Tibi inavertibiliter & æternabiliter adhæream.

Ad M. D. T. O. M.
G. V. S. L. O C. M.
H. S. P. N. F. OO.
SS. Cultum ac
Venerationem

Sklo te kion-
zhie ukradne
to mu venika
od padnu

